PHILIPPI REINHARDI VITRIARII

JCTI ET ANTECESSORIS IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA CELEBERRIMI

DE ADMINICULIS JURIS PUBLICI ROMANO-GERMANICI

COMMENTATIO

OB SUAM PRÆSTANTIAM ITERUM PUBLICI JURIS FACTA

PRÆMISSA EST


NOTITIA SUBSIDIORUM JURIS PUBLICI MAXIME LITTERARIA

AUTCORE

HENRICO GOTTLIEB FRANCKE

LIPSIÆ

IMPENSIS GABRIELIS TROGII cIↄ Iↄ CC XL.



PRÆFATIO.

PRomissi nostri ex parte memores, a) in præsenti iterum publici juris facimus disquisitionem academicam, paucis huc usque visam, & sub præsidio *Celeb.* VITRIARII *Lugd. Bat.* 4. *Jul.* 1711. a *Georg. Henr.* MÜLLERO *Noribergensi,* habitam. Animns initio erat, pro cœpti instituti ratione, & hac vice, integram quandam ejusmodi scriptorum dare collectionem; sed partim temporis angustia exclusi, partim, aliis de caussis, mutare mentem necesse habuimus. Nunc vero & B.L. qvo præfationum servemus morem, de aliis quibusdam adhuc ratio est reddenda. Ita in nostra, quam præmisimus, notitia, adminiculorum juris publici fata, a tempore instauratæ hujus doctrinæ, ad nostram usque ætatem, paucis tradere, non inuti-

(a) 2

a) V. Præfat. *Collectioni* nostræ, Scriptor. de *Fatis*, *methodo, fine & objecto Jur. Publ.* præmissam, pag. 4.

utilis labor nobis fuit visus. Et quum *Celeb.* hujus, quam edimus, *Commentationis* AUCTOR, quædam non spernenda publici juris subsidia plane neglexerit, ea quoque, brevissima licet ratione, duximus attingenda. Nobis porro indicandum quoque est, quare Caput, *de Scriptura Sacra & Jure Divino*, ab illo ipso sæpius memorato AUCTORE, inter adminicula juris publici relatum, in *notitia nostra litteraria* prorsus omiserimus. Nimirum non facile ullus reperietur, qui non evestigio perspiciat, divinas litteras, & quod illæ exhibent, jus divinum positivum universale dictum, ad imperantes, non tanquam principes, sed, ceu præcipua ecclesiæ Christianæ membra, spectare. Nec majestati divini hujus libri, convenit, illum inter subsidia, humano quodam juri inservientia, referre. Tuum autem nunc erit, L. B. judicare, num præsens opusculum, *nostraque* præmissa *notitia*, mereantur, quo cum pluribus communicentur. Si quis nobis quædam minus recte dicta, vel plane a veritate devia, pro. ea, quæ in republica litteraria in præsenti obtinet, ratione, ostenderit, hocce nobis erit quam gratissimum. Usum tandem nostri laboris uni cuique, pro suo modo, precamur exoptatissimum.

NOTITIA

NOTITIA
SUBSIDIORUM JURIS PUBLICI
MAXIME LITTERARIA.
SYNOPSIS.

DEfinitio subsidiorum juris publici §. I. *Illorum fata ad præsens usque tempus. II. De Subsidiis a Vitriario omissis, probabilitate scilicet historica, juris publici historia, arte diplomatica, & studio cerimoniarum. III. Scriptores subsidiorum juris publici generales. IV. Scriptores historiæ J. P. artis diplomaticæ, notitiæ sigillorum, & priscæ linguæ Latino-Barbaræ, ac Germanicæ, nec non Studii cerimoniarum. V. Scriptores nexus Juris Naturæ, & Publici Universalis, nec non Romani, Canonico-Ecclesiastici & Feudalis, cum J. P. VI. Scriptores Doctrinæ civilis, Historiæ, Geographiæ, Chronologiæ, Genealogiæ, Artis Heraldicæ, quatenus J. P. usum præstant.*

§. I.

Sunt juris, quo utimur, publici subsidia, nostro quidem judicio, illa principia, quæ ad hanc disciplinam unice non pertinent, sed quorum etiam in aliis eruditionis, inprimis jurisprudentiæ ac do-

ctrinæ

ſtrinæ civilis, partibus, ſolet eſſe uſus. Hanc autem præmittere, ſi ita dicere fas eſt, definitionem, eo magis duximus neceſſarium, ne poſtea in recenſione ſcriptorum huc pertinentium extra oleas vagari, ac hoc pacto, eo ſecuriores eſſe queamus, quo minus, quod multis aliis accidit, ſubſidia cum principiis juri publico noſtro plane propriis, confundantur.

§. II.

In fata autem ſubſidiorum Juris publici inquirentes, ſub ſuperioris ſæculi initium, quum JCTI nonnulli hanc jurisprudentiæ partem, ſua cultura & diligentia, judicarent dignam, eorum pauca, quid quod genuina fere nulla, deprehendimus. Omnia enim illa, quæ Germaniæ & ipſius J. P. hiſtoria, nec non jus naturæ, doctrina civilis magis magisque culta, geographia, genealogia, diplomata, ars heraldica, & cerimoniarum denique ſtudium, præbere ſolent, profecto largiſſima, tunc ignorabantur. Nec ullus ſane reperiebatur, qui jurium, Romani ſcilicet, Canonici & Feudalis Langobardici, nec non doctrinæ civilis, qualis ab Ariſtotelis obſcuris aſſeclis tradebatur, terminos transgredi, ac altius ſapere, tuto audere videretur. a) Quemadmodum autem in univerſo jure publico, primus

a) Accuratius & paulo copioſius rationem tractandi jus

primus genuina principia ſequi cœpit, immortalis memoriæ *Hermannus* CONRINGIUS, ita & primus fuit ac præcipuus, qui magis congrua & adæquata ſubſidia, hiſtoriam nimirum Germaniæ, & cultioris doctrinæ civilis præcepta, in auxilium vocaret. b) Et quum eodem tempore *Ill. Sam.* Lib. *Baro* a PUFFENDORF. c) Juris Naturæ d) doctrinam a *Cel.* GROTIO dudum

publicum, illis temporibus, expoſuimus in *Hiſtoria* noſtra *Fatorum doctrinæ, de finibus Imp.* Commentationi *Gundlingianæ, de Jure Imp. & Imp. in Magnum Etruriæ Ducat.* (Lipſ. 1732. 4.) præmiſſa. pag 4. & in *Notitia uberiori variorum J. P. Syſtematum*, qua *Collectionem. de Fatis, methodo fine et objecto J. P.* (Lipſ. 1739. in 4.) inſtruximus §. 7. & 8. pag. 13 - & 14. incl.

b) Vid. cit. noſtram *Hiſtoriam, fatorum doctrinæ, de finibus Imp.* pag. 5. ſeq.

c) Accuratam Operum *Puffendorfianorum*, huc ſpectantium, & in illa commentatorum, recenſionem vid. in *Bibliotheca Grotiana, Hugonis* GROTII *manibus* (Delph. Bat. 1726. 8. maj.) adjecta, p. 754. - 776.

d) Juris naturæ, præcipue in formam, ut ajunt, artis redacti, fata exponunt. 1) *Jac. Frid.* LUDOVICI *Delineatio hiſtoriæ juris divini, naturalis & poſitivi univerſalis. Halæ* 1701. in 4. & auct. *ibid.* 1714. in 8. 2) *Chriſtiani* THOMASII *Hiſtoria juris naturalis, cum dupl. appendice.*

1) *Cenſura Bœcleriana* in Progr. *Rebhanii.*

2) Quinque epiſt. a *Puffendorſio, Conringio & Bœclero, ad Boineburgium. Halæ.* 1719. *in* 4.

3) Adam Friedr. Glaſers. Vollſt. Geſch. des Rechts der Vernunft. Leipzig 1739. in 4. 2. Alph. 19. Bogen. Cujus Recenſionem exhibent, inter cæteros ephemeridum ſcriptores; Deutſche Acta Eruditorum Part. 137. p. - 630. -

dudum e) coli cœptam, orbi erudito, & Germaniæ potissimum, magis magisque redderet cognitam; jus quoque patriæ nostræ publicum majora exinde, de die in diem, sensit incrementa. Systemata quippe ac compendia, f) & quæ præterea ab illo ævo prodiere, juris publici scripta, hujus asserti veritatem abunde comprobant. In præsenti, quod nunc agimus, sæculo, præter memorata jamjam subsidia, accesserunt insuper acta publica, una cum arte, genuina a falsis discernendi, historia juris ipsius publici, cerimoniarum studium & probabilitatis historicæ, g) nec non Geographia, Genealogica, Ars Heraldica, ac Doctrina denique civilis h) ad summum fere splendoris sui fastigium peducta.

647. incl: Allerneueste Nachrichten von Juristischen Büchern &c. (Franckf. und Leipzig 1739. in 8.) Part. 2, no. VII. p. 112 - 124. incl;

e) In præstantissimo scilicet, de *Jure Belli & Pacis*, Opere, cujus omnium prima editio, prodiit *Paris. Buon.* 1625. in 4) Eam & quæ insecutæ sunt, reliquas, omnium accuratissime recenset, cit. *Bibliotheca Grotiana* pag. 739. - 749. ac in illud opus commentatores ibid p. 749 - 754. incl: nec non tabulas pag. 776 - 778. incl: & apologias denique 778 - 752. incl:

f) Vid. *Seriem Systematum* & compendiorum J. P. in nostra sæpius excitata *notitia* §. XVII, XVIII. XIX. pag. 35. - 48. incl.

g) De his J. P. adminiculis §. sequenti speciatim agetur, & infra, §. V. Scriptores ea illustrantes, recensebuntur.

h) Scriptores de his tractantes, quatenus instituto nostro inserviunt. vid. pariter. infra. §. VII.

perducta. Quæ doctrinæ omnes quotidie fere juri, quo utimur, publico, copiosissima præbere solent subsidia. Testantur hoc non solum qui universæ hujus jurisprudentiæ partis nexum sistunt, sed & qui singularia ipsius argumenta, data, ut ajunt, opera illustrarunt.

§. III.

Nos in præsenti, missis cæteris omnibus, ea tantum hic subsidia, quæ *Celeb.* AUCTOR reliquit prorsus intacta, ob rationes in præfatione redditas, paucis persequemur. Inter illa vero primas, jure suo, sibi vindicare partes videtur, *probalitas*, quam dicunt, *historica*. Mirum quidem multis forte videbitur, & hanc inter subsidia juris publici a nobis relatam, si deprehenderit. Nunc igitur nobis erit demonstrandum, ipsi omnino præcipuum hic deberi locum. Est scilicet probabilitatis, quam vocant, historicæ, a) certis veluti regulis, rerum gestarum veritatem dare evictam. Jus autem nostrum publicum

(b) per

a) Hujus, si ita dicere fas est, probabilitatis hic exponere regulas, prolixum sane nimis foret, & ab instituto nostro plane alienum. Quare quum, singulari prorsus cum eruditionis adparatu, hanc ita dictæ probabilitatis speciem tractaverit, acutissimus omnino quondam philosophus *Andr.* RIDIGERUS, in præstantissimo, de *Sensu Veri & Falsi*, opere, Libr. III. Cap. II. quod agit *de Prob: Histor.* pag 4,6 - 476. incl: (edit. *Lips.* 1722. *in* 4.) illuc B. L. placet ablegare.

per multarum ejusmodi veritatum cognitione nititur, & in plurimis quidem ejus capitibus, e. g. in doctrina, de *legibus imperii fundamentalibus, origine & dignitate electorum, principum & reliquorum imperii ordinum, nec non jurium majestaticorum, quibus ipsi fruuntur;* Certam igitur ejusmodi rerum gestarum rationem, ope probabilitatis ita dictæ historicæ, eruere, necesse habemus. Ea contra a pluribus neglecta, quanta juri publico intulerit damna, experientia, omnium optima utpote magistra, abunde comprobat. Exinde enim originem omnino traxisse videntur, tot opinionum portenta, quibus, e rerum in medio ævo gestarum cognitione, firmam stabilemque rationem conciliare conantur, Doctorum juris publici quam plurimi. Hanc doctrinæ rationalis partem, excipiat ipsa *publici juris historia*, quæ si omnibus absoluta nummeris esse velit, duo inprimis momenta, ut observet, necesse nobis videtur. Ad primum, nostro quidem judicio, spectat, singularum hujus studii doctrinarum genuinas origines, & reliqua fata ostendere, ac potissimum docere terminum nec non modum, quo administranda nostræ reipublicæ ratio, apud majores nostros fuit ordinata ac veluti constituta, quis scilicet tunc fuerit ad imperium perveniendi modus, quæ partes imperantis, quæ iura denique subjectorum. Inde

ulterius

ulterius progredi necesse habet, ac mutationes etiam, constitutæ semel regiminis formæ, & harum caussas persequi. b) Posterius autem præcipuum, historiæ juris publici rite ordinatæ momentum, in eo positum judicamus, ut juris hujus, in formam artis, ut ajunt, redacti, prima incunabula & progressus accurate describat, temporumque rationem simul exponat, ac diversarum adeo hypothesium, a juris publici Doctoribus prolatarum, debitam reddat rationem, c), accuratumque de illis ferat judicium. Exinde itaque hujus historiæ necessitatem, & quam juri publicio præstare valet, utilitatem, profecto eximiam, unusquisqne e vestigio perspiciet. Actorum porro publicorum necessarium & quotidianum quasi in jure publico usum, nemo facile negabit, aut, aliqua tantum ratione, in dubium vocabit, utpote quibus tot imperatoris & imperii procerum jura nituntur. d) Horum igitur genuinam indolem exponere, & media vera ac fictitiis, aut, si ita dicere fas est, interpolatis, discernere, tradunt artis diplomaticæ regulæ e) nec

(b) 2 non

b) Majori cura & copiosius paulo, genuinam rite ordinatæ historiæ juris publici indolem, docuimus in *disquisitione nostra, de cautelis, in eruendis juris publici originibus, debita cura, observandis.*

c) Vid. Nostram notitiam, supra §. II. n. a. excitatam, §. XIV. pag. 18 - 21. incl.

d) Eorum igitur in jure publico nostro necessitatem, fusius demonstrare, esset noctuas Athenas deportare.

e) Scriptores huc pertinentes, vid. *infra* §. V. Hujus artis in

non, quæ cum illis arctissime juncta, sigillorum & linguæ, qualis olim in Germania obtinuit, notitia. Quare nec dictarum regularum, in jure publico necessitatem ac singularem utilitatem, nullus fortasse inficiabitur. Ad studium denique quod attinet cerimoniarum, f) ipsi vel ideo, inter adminicula, de quibus jam nobis est sermo, concedere locum, quasi jubemur, quoniam in nostro jure publico, multa etiam occurrunt capita, quæ meris fere cerimoniis absolvuntur, veluti, *electio & coronatio imperatorum*, nec non, *universus curiæ imperialis adparatus, & archiofficiorum palatinorum indoles*. Reliqua subsidia, ceu jamjam indicavimus, consulto omittimus, utpote a *Celeberrimo præsentis*, quam edimus, *disquisitionis*, AUCTORE, uberius pertractata.

§. 4.

J. P. necessitas, ansam, sine dubio, quibusdam dedit, studium criticum generatim, inter J. P. subsidia, numerare. Ita enim extat. *Dissertatio* juris publici inauguralis, de *Nexu studii critici cum prudentia juris publici, quam, cum professionem juris in Acad. Tubingensi auspicari juberetur die 4. Sept. in solenni eruditorum conventu recitavit, & jam accessionibus quibusdam auctam, in publicum edidit Joh. Jac* MOSER J. U. D & PP. *Tubingæ* 1720. in 4. 4 ½. pl. Omnia siquidem, argumenta, quibus ad hunc nexum demonstrandum utitur, *Celeb*: et parum fortunatus AUCTOR, commode ad memoratam artem diplomaticam, & sine ulla prorsus difficultate, unice possunt referri.

f) De recta hujus vocis scribendæ ratione, extat singularis ac elegans quidem, *Joh. Geo* HAGERI. *Disquisitio Epistolica, de Recte scribendi ratione vocis cerimoniæ, Lips.* 1738. in 4. 2. pl.

§. IV.

Cœpti itaque propositi, & quem ipsi *Celeb.* jam iterum editæ *Commentationis* AUCTORI tenere placuit, ordinem quoque servaturi, omnium primo nunc recensebimus scriptores, qui generatim Juris Publici subsidia exposuere. Eorum autem, temporis habita ubique ratione, primum occupat locum.

1) *Erici* MAURITII Dissertationum, de Principiis Juris Publici, Specimen, *Tubingæ* 1662. & 1665. in 4. 12. pl. a)

2) *Joh. Ulr.* PREGIZERI *Diss.* de Disciplina notitiæ, Sacri Romani Imperii, *Tubingæ* 1691. in 4. 9. pl. b)

3) *Jac.* BRUNNEMANNI Diss. de Natura

a) Reperitur & inter Dissertationes ac Opuscula ejus, quæ, cum *Præf. Joh. Nic.* HERTII, prodiere, *Argent.* 1724. in 4. p. 1. *seq.* Recensionem ejus, cum judicio desuper lato, sistit. *Cel. Joh. Jac.* MOSER. in *Bibliotheca Juris Publici, Tom. II. No.* 117. p. 469. Elegans hoc est opusculum, sed *Ill.* AUCTOR nimium a scopo aberrare videtur. Ita enim copiosa totius philosophiæ moralis historia, ibidem deprehenditur.

b) Pariter multa continet, quæ ad institutum haud pertinere videntur, quo spectat amplissima illa, scriptorum juris publici recensio, a pag. 18. 36. incl. § VI. XV. Hanc disquisitionem, suo modo illustrant, *Ejusd.* AUCTORIS *Origines Notitiæ Sac. Rom. Imp.* quas, *Tubingæ* 1680. in 4. 5. pl. publici juris fecit, quæ brevem historiæ imperialis descriptionem, quatenus scilicet juri publico inservire valet, sistunt.

& adminiculis Juris Publici, *Halæ* 1701. in 4. 3½ pl. c)

4) *Phil. Reinhardi* VITRIARII Commentatio, de Adminiculis Juris Publici Romano-Germanici, *Lugd. Bat.* 1711. in 4. maj, 6. pl. quam in præsenti iterum, ob singularem, quem præstat, usum, cum orbe litterato communicamus.

5) *Christian Gottfr.* HOFFMANNS *Gründliche Vorstellung der eigentlichen und wahren Beschaffenheit des teutschen Staats-Rechts, worinnen desselben Eintheilung und Fontes angezeuget, Insonderheit aber der Unterscheid der cognitionis historicæ juridicæ & politicæ S. R. J. ausgeführet wird.* d)

§. V.

Succedunt jam jam subsidiorum J. P. a *Cel.* VITRIARIO plane prætermissorum, scriptores. Inter quos quum, quantum constat, probabilitatem quam dicunt historicam, a) & ipsam Juris Publici historiam generatim

c) Inserta est dein, *Ejusd.* AUCTORIS Introductioni in juris publici prudentiam, quæ *Halæ Magd.* 1702. in 4. lucem vidit. No. I. pag 1-24. incl:

d) Efficit *Ejusd*: AUCTORIS. Einleitung in das Jus Publicum, des Heil. Röm. Reichs, Fr. an der Oder. 1734. in 8. quæ præmissa est *ipsius* Bibliothecæ Juris Publici, labori utpote, omnium judicio, parum ordinato. vid. infra, §. ult.

a) Vid: quæ de hac ita dicta probabilitate supra, § III. n. a notavimus. Extat quidem *Joh.* EISENHARDTI, *de Fide histo-*

tim consideratam, adhuc nullus, data, ut ajunt, opera, exposuerit, de quibusdam specialioribus posterioris hujus partibus, sequentes notari omnino merentur

6) *Burc. Gotth.* STRUVII Propemticon ad Frid. Heilbronnerum, de Diversis juris publici periodis, *Jenæ* 1709. *in* 4. 1 *pl.* c).

7) *Christiani Gottlob:* HALTAUSII Memoria juris publici certi S. R. Imp. ex medio ævo, ope diplomatum, eruta, *Lips.* 1735. in 4. 4. pl. d)

8) *Sim.*

rica Commentarius, cui accessit Oratio, de conjungendis jurisprudentiæ & historiarum studiis. Helmst. 1702. in 8. 16. pl. Ast *Cl.* AUCTOR fidem tantum historicam, generatim spectatam, vindicare voluit, non vero tradere regulas, quibus singularum rerum gestarum veritas evinci queat. Fides quippe historica, a multis prorsus in dubium fuit vocata, quo pertinet, *Frid. Guilielmi* BIERLINGII *Commentatio, de Pyrrhonismo Historico, cui accessit, de Judicio historico Dissertatio, Lips.* 1724 in 8. 1. Alph.

b) Unicus enim adhuc est, quantum recordamur, *Cel. Burc. Gotth.* STRUVIUS, qui in sua *Historia Jurium, Jenæ* 1718. in 4. (4 Alph. 18. pl.) Cap. X. atque ultimo, agit, de *Historia Jurispublici*, p. 817 - 860. incl: §. 38. Ast non ita exhibet, qualem supra, §. 3. descripsimus, & generatim saltem origines & incrementa jurium, quibus imperii ordines fruuntur, persequitur.

c) Levioris est momenti. Septem *Cel* AUCTOR statuit J. P. periodos, initium sumens ab Ottone M. & in Pace Westph. finem. Hanc magis magisque illustrat, EJUSD. *Kurtzer Bericht von den Veränderungen des Teutschen Reichs,* ibid 1712. in 4. 12. pl.

d) Et stili elegantia veteri Latio non cedens & rerum gravitas, solersque ipsarum expositio, apprime hanc memoriam

8) *Sim. Frid.* HAHNII Obſervationes quædam juris publici, ad medii ævi mores, *Helmſt.* 1724. in 4. 4 pl. e)

9) *Joh. Jac.* MASCOVII Origines juris publici, Imperii Romano-Germanici, illuſtratæ ex rebus imperatorum Saxonicorum, *Lipſ.* 1732. in 4. 10 pl. f)

10) *Joh. Guil.* HOFFMANNI Jus publicum, quod in Sac. Rom. Imp. interregni magni temporibus obtinuit, *Franc. ad Oder*: 1736. in 4. 14 pl. g) Hiſtoriam

commendant. Tribus abſolvitur Sectionibus, quarum I. agit *de Indole juris certi Germanici, ejusque nominibus*, II. ſiſtit *memoriam juris publici certi, per ſeriem imperatorum*, III tractat *de modo condendi juris publici certi, in medio ævo.*

e) Hanc diſquiſitionem exhibuit Celeb. Auctor, pro ſummis in jure honoribus, *Helmſtadii* conſequendis, & ex ſpeciali quidem aulæ gratia, præſidis vices gerens. Agit autem in illis, 1) de quibusdam *medii ævi juris publici Doctoribus veluti* HINCMARO *Archiep. Reimenſi, Petro de* ANDLO, &c. 2) *de ſuprema imperatorum poteſtate, in cauſſis matrimonialibus* 3) *borum jure legitimandi.* 4 *pacta metu extorta, reſcindendi,* 5) *vectigalium novorum inſtitutione*, & 6) denique, *proſcriptione.*

f) Hujus diſquiſitionis, argumentum exhibent Acta Lipſ. Academica, Sect. I. anni cIↃ IↃ C C XXXIII. p. 14. & 15.

g) In Elegantiſſima hac diſſertatione, *Celeb.* AUCTOR, ſub finem præteriti anni, præmatura morte, defunctus, compendium veluti juris publici, quod in medio ævo obtinuit, exhibet, ordinem *Maſcoviani,* maximam partem, ſervans. Dignam eam omnino judicamus, quo cum pluribus communicetur.

Hiſtoriam juris publici,in ordine propoſito,excipiunt ars,diplomatica, h) & quæ nexu indiſſolubili illi cohæret, ſigillorum linguarumque Latino-Barbaræ ac priſcæ Germanicæ notitia. Priorem illuſtrant i)

h) Ipſas actorum publicorum collectiones hic recenſere, prolixum ſane nimis evaderet, & a ſcopo, quem nobis propoſuimus, prorſus alienum. Adeat itaque, qui earum notitiam uberiorem deſiderat, præ cæteris, *Celeb. Chr. Gottfr.* HOFFMANNI *Bibliothecam Juris Publici* (*Franc. ad Oder.* 1734. in 4. & 8. 1 Alph. 22. pl.) pag. 12. - 22. no. 66. - 68. & pag. 24 - 48. no. 79 - 157. incl. ac Bibliothecam novam Juris Publici Germanici, præfixam *Chr. Laurent. Bilderbecks Teutſchen Reichs - Staat* (*Franc.* 1738. *in* 4. pag. 22. - 28. incl. §. 3.

i) Artis diplomaticæ certam rationem ſollicitavit ſupra laudatus *Cel. B. Joh. Guil.* HOFFMANN, peculiari *Programmate de Lubrico artis diplomaticæ, Witteb.* 1737. 4. 7. pl. Sed hac via incedendo nihil prorſus tandem remanebit, quod aliorum fide nititur, cujus veritas non queat in dubium vocari. Ad ſæpius memoratam artem diplomaticam, ſuo quoque modo, pertinet doctrina de diplomatum validitate de qua extat, *Joh.* EISENHARDI *Tractatus juridicus de Jure Diplomatum*, Helmſt. 1703. in 4. rec. Halæ 1736. in 4. 14½ pl. nec non notitia bellorum litterariorum, quæ tam generatim circa omnium diplomatum fidem, quam ſpeciatim, de nonnullorum genuina indole, fuerunt exorta. Hæc autem certamina deſcribunt, 1) *Hiſtoire des conteſtations ſur la diplomatique, avec l'analyſe de l'ouvrage de Jean* MABILLON, à Paris 1708. in 8. controverſias MABILLONII ejusque defenſorum, contra ipſius adverſarios exponens 2) *Copioſiſſima Præfatio*, Cel. *Joh. Petr. de* LUDEWIG *Tom. I. Reliquiarum ipſius Manuſcriptorum omnis ævi diplomatum ac monumentorum*, Halæ 1720. in 8. maj. præfixa, lites circa ſingularia quædam, Germaniæ potiſſi-

11) *Johannis* MABILLONII, de Re Diplomatica Opus, *Paris* 1681. *fol. Reg.* c. f.

12) EJUSD. Supplementum ad Opus, de Re Diplomatica, *ibid.* 1704. *fol. Reg.* c. f.

13) EJUSD. Operis, de Re Diplomatica, *Editio altera*, cui accessit Commentarius, de Antiquis Regum Francorum Palatiis, veterum Scripturarum varia specimina, tabulis LX. comprehensa, nova 200 & amplius monumentorum Collectio, & supplementa, *ibid.* 1709. *fol. reg.* k)

14) *Joh.*

mum diplomata motas, tradens, 3) *Scriptores Rei diplomaticæ, tum qui generatim de re diplomatica, tum in specie de bellis diplomaticis egerunt, nec non recensio illorum Scriptorum, qui res a se consignatas diplomatibus illustravare, quibus subjunguntur quidam JCti diplomatum cultores, opera diplomatica promissa.* Partem ultimam efficiunt hi scriptores Clavis diplomaticæ *Dan. Eberh.* BARINGII, quam supra num. 17. recensuimus, pag. 1.-68. incl: Quosdam quoque ejusmodi scriptores recenset, *Bibliotheca Juris Publici, Bilderbeckiano* Operi adjecta & supra hoc §. n. h. excitata, Cap. VI. pag. 31-34. §. 1.

k) Quum hoc opus præstantissimum huc usque, ob suam raritatem, evaserit carissimum, ac Galliæ tamen magis quam Germaniæ inserviat, novam eamque multis accessionibus auctam & Germanis magis proficuam editionem, in præsenti hic *Lipsiæ* iterum imprimendam curat. *Cel.* WEIDEMANNUS Reg. Pol. & Elect. Sax. Conf. Aulicus. Cæterum aliqua ex parte huc referri possunt, *Bernardi de* MONTFAUCON *Palæographia Græca*, *Paris* 1708. *fol maj. cum fig.* & *Scip.* MAFFEI *Istoria Diplomatica, che serve d' introduzione all' arte critica in tall' materia. Appresso ragionamento sopra gl' Itali primitivi.* Mantova 1727. *fol. min.* Uterque tamen horum Scriptorum inscriptiones solum

14) *Joh. Nic.* HERTII Dissertatio, de Fide Diplomatum Imp. Germanicorum, *Giessæ*, 1699. *in* 4. 8. *pl.* & auctior inter EJUSD. Opuscula Vol. I. Tom. II. p. 589-643. incl. (edit. *Francof.* 1700. in 4) & denuo auctior cum indice, *Lipſ.* 1735. *in* 4. 9. *pl.* l)

15) *Imman.* WEBERI de Statu Rei Diplomaticæ in Germania, ad Joh. Sam. Brunnerum *Epiſtola*, *Jenæ* 1697. *in* 4. 1. *pl.* m)

16) *Joh. Jac.* SCHEUCHZERI Alphabethi ex Diplomatibus & Codicibus Thuricensibus Specimen, *Tiguri* 1730. *fol.* n)

17) *Danielis Eberh.* BARINGII Clavis Diplomatica, *Hanov.* 1737. 4. *maj.* 1 *Alph.* 10. *pl.* incl. 9 *pl. figur. æn.* n)

(c) 2 Sigil- antiquas in lapidibus repertas, non quas vulgo dicimus diplomata, explicat.

l) Ad Germaniæ diplomatum usum, notitiam artis diplomaticæ sibi comparare desideranti, omnino sufficere valet hæc dissertatio, quæ utpote singulari plane cura & artis peritia est conscripta.

m) Levioris prorsus est momenti & vix digna cujus fiat mentio.

n) Alphabeta, uti vocant, nonnulla Codicum Tiguri asservatorum, tantum exhibet hoc specimen.

n) Decem veluti partibus absolvitur hæc Clavis. I. *Præfationem ſiſtit, in qua de inſtituti ratione agitur, & multa particularia ex hiſtoria litteraria producuntur.* II. Joh. Mabillonii *Commentationem de variis ſcripturarum veterum generibus*, III. B. G. Struvii *Diſſertationem de criteriis Manuſcriptorum.* IV. *Obſervationem de Significatione* literæ C, *quæ in ipſa diplomatum antiquorum fronte poſita cernitur*

Sigillorum vero & linguarum Latino - Barbaræ ac priscæ Germanicæ notitiam tradunt.

13) *Joh. Mich.* HEINECCII de Veteribus Germanorum aliarumque nationum Sigillis eorumque usu & præstantia, syntagma historicum, *Franc.*

nunc primum editam. V. Alphabeta varia, VI. tabulis æneis incisa. VI. *Compendia scribendi medii ævi XV. tabulis æneis exhibita.* VII. *Compendia vocum, quæ sigillatim in MSS. Sæc. XIV. XV. & XVI. occurrunt, æri incisa, III tabulis æneis.* VIII. *Notariorum veterum quædam signa curiosa, una cum Alphabeto instrumenti & abbreviaturis, VII. tabulis æneis* IX. *Scriptores rei diplomaticæ.* X. *Appendix XIV. Diplomatum ac documentorum ineditorum.* E præfatione discimus etiam, *hujus clavis Auctorem* memorata *scribendi compendia* jamjam *MDCCXXXV.* suis sumtibus *evulgasse* Rem Diplomaticam Germanorum, omnium sane judicio, optime & accuratissime persequitur splendidissimi *Chronici Gottwicensis,* sive Annalium liberi & exempti monasterii Gottwicensis, Ord. S. Benedicti inferioris Austriæ, *Tomus I.* qui, cura *Abbatis* GOTTFRIDI clↄ Iↄ CCXXXII. in fol. maj. c. f. prodiit (vid. Catal. *Frisian.* Part. 6. p. 43.) ac Prolegomena, ut vocant, hujus Chronici tantummodo continet. Nec prætereundam plane hic judicamus Dissertationem J. P. Cel. *Joh. Wilh.* WALDSCHMIDT, de Probatione per Diplomataria, von Beweis durch Copial-Bücher, Marb. Catt. 1736. 4. 13. pl. quæ non spernenda, ad illustrationem nostræ artis diplomaticæ, & inprimis egregium *Appendicem documentorum & responsorum* exhibet. Hoc unicum adhuc, veluti in transitu, notare placet, *Conspectum Bibliothecæ Chronologico - Diplomaticæ* (Germaniæ scilicet,) *Dissertatione Epistolica* ad *Ill. Joh. Jac.* MASCOVIUM, dedisse *Cl. Joh. Paul.* FINCKE, Hamburgi clↄ Iↄ CC XXXIX. in 4. 3. *pl.* Animus enim est *Cl.* AUCTORI, integram ejusmodi Bibliothecam publici juris facere. Modo citatus conspectus, præter Specimen

Franc. & *Lipſ.* 1719. *fol.* 2 Alph. 19½. pl. & 9. pl. fig. æn. o)

19) *Frid.* LINDENBROGII Gloſſarium p)

20) *Henrici* SPELMANNI Archæologus in modum Gloſſarii ad rem antiquam poſteriorem, *Londini* 1626. *fol.* q)

21) *Caroli* du FRESNE dom. du CANGE Gloſſarium ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, Tomi III. II. Voll. *Pariſ.* 1678. *Franc.* 1681. *ibid.* 1710. *fol.* & longe auctius, opera monachorum S. Benedicti, e congregatione S. Mauri, *VI. Tomis*, *Paris* 1733. *ſeq.* *fol. reg.* r)

(c) 3 22)

operis, exhibet pag. 8 - 17. indicem 158. Diplomatum, quæ apud *Lünigium* bis occurrunt, & p. 17 - 22. 85. Diplomatum, apud *Goldaſtum* bis occurrentium.

o) Nulli facile præſtantia ſua cedit hoc opus, eſtque in ſuo, ut ajunt, genere primum, unicum fere, ac ſimul omnibus numeris abſolutum.

p) Acceſſit hoc Gloſſarium veluti appendicis loco, EJUSD. Codici Legum antiquarum, (Franc. 1613. fol.) ac voces obſcuriores & barbaras, in dictis legibus antiquis occurrentes, inprimis explicat.

q) Hæc prima *Gloſſarii Spelmanniani* editio, quam Auctor ipſe edidit, in Littera L. ſubſiſtit. Secundæ autem editioni, quæ *Londini* 1687. non 1587. uti in Catalogo *Gundlingiano* p. 139. no. 503. falſo perhibetur, 2. Voll. in fol. prodiit, ſub Voluminis ſecundi elogio, reliquæ Alphabethi litteræ ab alia manu elaboratæ, ſunt adjectæ. Utraque autem editio eſt admodum rara rarior tamen adhuc prima, licet imperfecta.

r) Splendidiſſimum omnino eſt hoc opus, ac dignum, quo in

22) *Joh. Geo.* WACHTERI, Specimen Glossarii Germanici, *Lipſ.* 1727. 8. *maj.* s)

23) EJUSD. Gloſſarium Germanicum, continens & antiquitates totius linguæ Germanicæ, & omnium ejus vocabulorum vigentium et deſidorum, Tomi II. *Lipſ.* 1736. fol. t)

24) *Chr. Gottlob* HALTAUSII, Specimen Glossarii fori Germanici e Diplomatibus, *Lipſ.* 1738. in 4. 2. pl. u)

De Studio tandem cerimoniarum x) notari merentur,

25) *Joh.*

Germania quoque, prout antecedentes editiones, recudatur.

s) Prodromi inſtar majoris operis prodiit hoc ſpecimen, quod etiam dein promiſſum majus ſupra citatum Glosſarium excepit

t) Origines ac priſtinum uſum vocum Germanicarum, maximam partem adhuc vigentium, monſtrat. V. *Cat. Friſian.* Part. VII. p. 52.

u) Adeo elegans evaſit hocce ſpecimen, ut ingens ipſius operis deſiderium apud omnes excitaverit.

x) Huc quoque a nonnullis (v. *Bibliothecam* J. P. *Bilderbeckii Reichs-Staat*, edit. Lipſ. 1738. in 4. maj. *præfixam*, Cap. VIII. p. 38. 39. 40.) præter SELDENI Opus, de titulis honorum, & BECMANNI Syntagma Dignitatum Illuſtrium, referuntur ſequentes Scriptores, 1) *Jac. Gothofredi* DIATRIBA *de Jure præcedentiæ*, Genevæ 1664. in 4. 1 Alph. *Jac. Andr.* CRUSII, *Tractatus politico-hiſtoricus de Præeminentia, Seſſione & univerſo jure προεδρίας Magnatum in Europa*, Bremæ 1666. in 4. 6. Alph. 13. pl. 3) *Memoires, touchant les Ambaſſadeurs & les miniſtres publics, par L. M. P.* (auctor vulgo perhibetur, *Cel. Wicquefort*) *avec*

25) *Gottfr.* STIEVENS Europæiſch Hof-Ceremoniel, *Leipz.* 1715. & auct. *ib.* 1724. in 8. y)

26) *Joh. Ehrenfr.* ZSCHACKWITZENS *Ceremoniel Groſſer Herren, und Dero Abgeſanden* z)

26) b *Jul. Bernh. von* ROHR *Einleitung zur Ceremonial - Wiſſenſchafft Groſſer Herren, Berlin* 1733. *in* 8.

§. VI.

Ad uſum quod attinet, quem juri noſtro publico præſtant, jus naturæ, publicum univerſale, a) & reliqua

reflexions faites ſur eux, & une Reponſe au Miniſtre Priſonnier, a Cologne 1677. in 12. 1 Alph. 12. pl. *Theatrum Præcedentiæ Erenharti* ZWEYBURG 1706. *fol.* vel potius *Zach.* ZWANTZIG, auct. Leipz. 1709. fol. (*Germanice*) 5) *Directorium Aulicum*, auctore, ut creditur, *Cel.* WAGENSEILIO, 6) *Ceremoniale Brandenburgicum* Tremoniæ 1699. in 8. 7. pl.) privata auctoritate & mutilum quidem confectum, adeoque ab aula Brandenburgica, valde improbatum & interdictum. 7) *Ceremoniale Palatinum* pariter admodum mancum.

y) Sua profecto laude non eſt defraudandus hicce liber.

z) Reperitur in *Ejusd.* AUCTORIS, *Heraldica oder Wappen-Kunſt*, (Leipz. 1735. in 8.) pag. 430-692. totius ſcilicet opuſculi finem.

a) Omnes hujus juris ſcriptores hic excitare non permittere videtur, quem nobis præfiximus, ſcopus. Contentum itaque fore confidimus B. L. ſi unum tantum alterumve præcipuum afferamus, ex quo uſus jurisprudentiæ publicæ univerſalis in noſtro jure publico queat diſci. Vid. interim *Bibliotheca J. P. Bilderbeckii, Reichs-Staat*, (edit. Lipſ. 1738. in 4. maj.) præpoſita Cap. III. pag. 5-10

reliqua civilia Germaniæ jura, illum seqventes illustrarunt scriptores, & egerunt quidem b)

I) de *Jure Naturæ & publico Universali.*

27) *Christ.* WILDVOGELII Diss. de Usu Juris Naturalis in actionibus principum conspicuo, *Jenæ* 1714. *in* 4. 12. *pl.* c)

28) *Joh. Nic.* HERTII, de Jurisprudentia universali, Commentatio d)

29) *Just. Henn.* BOEHMERI Introductio in jus publicum universale, *Halæ* 1710. *in* 8. 1 *Alph.* 20. *pl.* e)

30) *Godofr. Ern.* FRITSCHII Jus publicum universale & pragmaticum, methodo systematica nova ratione elaboratum, & ex uno principio indubio deductum. Acc. Meditatio f) ad Aug. Imp. Rom. Caroli VI. Sanctionem Pragmaticam, anno superiori edita, nunc recognita

b) Huc quoque suo modo pertinent. *Joh. Ad.* GREGOROVII. *Dissertationes V. de Habitu Juris Naturæ & Gent. ad Rempublicam*, Regiom. 1717-1719. in 4. 16½. pl.

c) Summa cura hæc disquisitio elaborata videtur, & eximium sane præstare valet usum.

d) Inserta legitur EJUSDEM *Opusculis de selectis & rarioribus ex jurispr. univ. publ. feud. & Romana &c. argumentis*, Vol. I. Tom. I. p. 1-87. incl.

e) Omnibus huc usque se probatam dedit hæc introductio.

f) Separatim prodiit dicta *Meditatio* jam jam anno clↄ Iↄ C C XXXII. in 4. 10½. pl. non addito tamen impressionis loco, nec AUCTORIS nomine.

cognita & plurimis novis argumentis firmioribus aucta, *Jenæ* 1734. *in* 8. (*J. P.* 1 *Alph.* 6. *pl.* *Meditatio* 15. *pl.*) g)

31) *Geo. Godfr.* KEUFELII Elementa jurisprudentiæ ecclesiasticæ universalis, *Rostoch.* Tom. I. 1728. Tom. II. 1729. in 8. h)

II) *De Jure Romano* i) & quidem

A) *de Ejus usu* k) *in Jure Publico Romano-Germanico singulari* l)

32) *Geo.* ENGELBRECHT de Usu juris Romani

(d)

g) Philosophiæ a *Cel.* WOLFIO traditæ rationi addictus *Cl.* AUCTOR, methodo quoque mathematica jus publicum universale tradere tentavit.

h) A nullo alio adhuc speciale hoc J. P. Univ. argumentum, quantum nobis constat, fuit pertractatum. Et laudari omnino meretur ipsa thematis expositio.

i) De *Jure Publico Reipublicæ Romanæ elegans extat* & pererudita Dissertatio, *Celeb. Christ.* SCHOETGENII, Fautoris nostri inter paucos æstumatissimi, *Stargardiæ* 1726 habita, 4. pl. quam judicamus omnino dignam, cujus hic mentio fiat. Varios etiam scriptores jus publicum Vet. Roman. illustrantes, collegit & sub. Tit. *Jus Publicum Romanum*, edidit, *Joh. Godeschalcus* CLAUSINGIUS, cujus IV. prodiere *Fasciculi*, Lemgoviæ 1726. seq in 8vo.

k) Quum enim inter Viros eruditione clarissimos controversia exorta fuerit non levis, tam generatim de LL. Romanarum auctoritate in Germania, quam speciatim de illarum usu in J. P. scriptores pro una quaque sententia pugnantes, separatim locare placuit.

l) Singularem plane LL. Romanarum in J. P. usum, contra CONRINGIUM adserrere, conatus est *Cel. Joh. Otto* TABOR, in Tr. de *Metatis & epidemeticis*, Arg. 1645. in 4.

mani in jure publico Romano-Germanico hujusque variis controversiis decidendis, *Helmst.* 1692 in 4. 8 pl. m)

33) *Dietr. Herm.* KEMMERICHII, de Arctissimo juris publici privatique nexu, Programma, *Jenæ* 1730. in 4. 4. pl. n)

B) de Usu Romani Juris in publico, exiguo vel plane nullo, o)

34)

m) Tribus absolvitur partibus, quarum I. de *Jure personarum*, II. *de Jure rerum*, III. *de Actionibus* agit, & ubique Romani juris usum in publico evincere satagit.

n) Non inelegans sane est Programma. Cæterum certo modo huc quoque pertinent, 1) eruditissima profecto *Joh.* WERLHOFII Diss. de *Usu juris Romani aliorumque privatorum jurium in decidendis controversiis liberarum gentium*, Helmst. 1692. in 4. 8. pl. 2) *Eric.* MAURITII, de Libris Juris Communis horumque usu, inter Opuscula, (edit. quæ cura *Joh. Nic.* HERTII prodiit, Franc. ad Mœn. 1724. in 4) pag. 70. seq. 3) *Sam.* STRYCK: Diss. Præliminaris, *Usui* EJUS moderno præfixa §. 39. 40. 4) *Conr.* SINCERI, *de Germanicarum Legum veterum, ac Romani Juris in Republica nostra origine, autoritateque præsenti, Dissertatio epistolica, Lipf.* 1682 *in* 12. 5. *pl.*) Epistolicæ hujus Dissertationis fuisse auctorem, Ill. *Joh Geo. de* KULPIS mox patuit: quare & inserta est, EJUSD. *Dissert. Acad. Volumini, quod cum Præfatione Joh.* SCHILTERI prodiit, Argent. 1705. in 4. no. X. pag. 352-430. incl. Adstruitur autem in ea inprimis contra modo memoratum SCHILT. Veterum Germaniæ legum auctoritatem nimis extollentem, his Romanum jus in foris plus valere. Recensionem opusculi exhibet MOSER *in Bibliotheca J. P.* T. II. no. 81. p. 370. seq.

o) Inprimis *Herm.* CONRINGIUS contra Romani juris in publico usum pugnavit, & in Præf. prioris editionis Libelli TACITI de *Moribus Germanorum*, Helmst. 1635. in 4. & in Diss. de juris publici Justinianæi in Germania usu & au-

34) *Ulr.* OBRECHTI Oratio, de Usu Juris Civilis in controversiis publicis. p)

35) EJUSD. Oratio, de Connexione juris privati & publici. q)

36) *Frid. Georg.* LAUTENSACK Diss. de innepta ratione decidendi controversias juris publici ex Legibus Romanis & Jure Canonico, *Erf.* 1710. in 4. 5. pl.

37) *Mich. Henr.* GRIBNERI Diss. de Præjudicio Principum imperii ex abusu juris Justinianæi, *Wittebergæ* 1715. *in* 4. & inter EJUSD. Selecta Opuscula Jur. Publ. *Halæ* 1722. in 4. Tom. I. Sect. V. pag. 142-180. incl. r)

(d) 2 38) *Henr.*

ctoritate, quæ iteratæ editioni, EJUSD. Tr. de Origine juris Germanici, accessit, ubi inprimis TABOREM refutare ac demonstrare conatur, juri Romano in publico nostro usum esse prorsus nullum. CONRINGIO contra TABOREM adstipulatur *Geo. Henr.* BRÜCKNER, in Suis Curiosis Juris Publici, (Erf. 16[illegible]8 in 4.) Thes. 15.

p) Habita Argent. cum Doctor juris renunciaretur, d. 16. Apr. 1682. & extat in *Academicis* EJUSD. in *unum Volumen collectis*, ac cum *Præfat. Joh. Casp.* KUHNII edit. Argent. 1704. inter Orationes *No. III. p.* 510 - 5[illegible]4 *incl*

q) Dicta ibid: quum Professionem Institutionum imperialium & juris publici auspicaretur, d. 23. Apr. 1682. Extat in *eod. Vol. No IV pag.* 515 - 526. *incl.*

r) Tribus constat capitibus hæc Dissertatio, quæ singulari plane eruditionis adparatu & judicii acumine est conscripta. *Cap. I. sistit præjudicium principum imperii, ex abusu juris Justinianæi, in causis juris publici* pag 1[illegible] seq. Cap. II. *abusum juris Justinianei, in jurisprudentia principum privata*

38) *Henr. Ern.* KESTNERI Problema, ostendens, controversias summorum imperii principum non ex jure Romano, sed ex legibus naturæ, divinis, & observantia imperii esse decidendis. s)

39) *Joh. Salom.* BRUNQUELLI Prolusio Academica, qua in pugna juris Germanici & Romani illud huic, inprimis in causarum illustrium decisionibus, præferendum esse, nisi hujus receptio probetur, *Gottingæ* 1735. *in* 4. 3. *pl.* t)

III) De Usu juris canonici in Jure Publico, qui data ut vocant opera, egerit, reperire licuit neminem. u) Ex parte tamen hoc argumentum, do-

p. 159. seq. Cap. III. denique *eundem in jure, quo erga subditos & subditi eorum utuntur*, pag. 172. seq. *Opusculorum* supra excitatorum.

s) Reperitur inter EJUSDEM Dissertationes, de Defectibus juris communis in Republica Germanica, (quibus accessit *Phil.* BURCHARDI *de hodiernæ jurisprudentiæ nævis & remediis Discursus*,) Rintel. 1718. in 4. 1 Alph. 4. pl.) Probl. V. pag. 76-94. incl:

t) Scientiam ac praxeos peritiam haud vulgarem spirat hoc programma. Præsentis autem hujus argumenti illustrationi quoque inservire valent, variæ *Ill.* Beat. *Chr.* THOMASII Dissertationes profecto egregiæ, veluti, 1) *de Statuum Imp. potestate legislatoria contra jus commune*, Halæ 1703. rec. 1723. in 4. 2) *An LL. juris Justinianei sit frequens an exiguus usus practicus in foris Germ.?* ib. 1715. rec. 1724. in 4. nec non multæ aliæ, singularia Juris Romani capita illustrantes.

u) Reperiuntur quidem non pauca, in Decretalibus potissi-

doctiſſime & ſingulari plane ſtudio, illuſtrant 40) *Joh.* STRAUCHII Diſſertationum Canonicarum prima, de origine, libris, nec non auctoritate juris canonici. x) (d) 3 41)

mum, capitula, quæ ad ſtatum Germaniæ publicum pertinere videntur, quæ tamen nec huc usque recepta, nec facile in poſterum recipientur. Inter iſta inprimis celebratur Cap. Venerabilem X. de Electione & electi poteſtate, in quod extant 1) *Joh.* STRAUCHII *Innocentius III. Germanorum Imperatoris Romani cenſor, ſeu Diſſertationum canonicarum ſecunda, ad Cap. Venerabilem extra, de Electione & electi poteſtate, in Ejusd. Diſſertat. Canonicarum Triade,* (Jenæ 1673. in 4) pag. 27. - 80 incl. 2) *Interpretatio Hiſtorico-politico-legalis Cap. Venerabilem* 34. *X. de Elect. & Elect. poteſtate, de prætenſa poteſtate papæ in promovendis regibus Romanorum, electis ad Sceptrum imperii Rom Germ. quam ſuffragio inclutæ Fac. Jurid. in illuſtri Univerſ. Lipſ. pro obtinenda utriusque Juris canditatura ſuſtinuit* 23. 24. 25. *Nov.* 1693. *Ern. Lud.* CORTREJUS. Lipſ. in 4. 8½. pl. Conſulto integrum hic exhibuimus hujus ſcripti titulum, quo eo clarior eveſtigio pateat, lepidus error, quem commiſſit *Cel. Joh. Jac.* MOSER *in Biblioth. Jur. Publ Tom. II.* No. 114. pag. 464. ubi iſtius ſæpius citati ſchediaſmatis recenſio ita incipit: *Interpretatio Hiſtorico-Politico-legalis Cap. Venerabilem X de Elect. & Electi poteſtate, Præſide N N. defenſa ab Erneſto Ludovico* CORTREJO, Lipſ. 1693. *Der Autor dieſer Diſſertation,* wofür wir den Reſpondendenten halten, *iſt des* CORTREJI, *deſſen Schrifften ich bis anhero recenſiret, Sohn.* Eben dieſe Diſſertation *ſtehet auch in dem berührten Werck Tom. II* Diſſertationem adeoque, præſidem, & ſuo modo reſpondentem quoque, finxit hic *Cl.* MOSER. 3) *Chr. Frider.* MELHORN *Diſſertatio. explicans partem priorem cap.* 34. *Decret. de Elect. & El. Poteſt.* Regiom. 1732. in 4. 6. pl. 4) EJUSD. *Diſputatio, explicans partem poſteriorem cap.* 34. *Decret. de Elect. & El. Poteſt.* ibid eod. 4. pl.

x) Deprehenditur in Ejusd. Diſſertationum canonicarum Triade, ſupra n. u. excitata, pag. 1 - 27. incl.

41) *Just. Henn.* BOEHMERI Diss. de Praxi juris Canonici in terris protestantium, *Halæ* 1712. *in* 4. 11½. *pl.*

IV) De Jure Feudali, y) inprimis Langobardico, hujusque in Jure Publico usu pariter ac non usu z) notari merentur

42)

y) Usum antiquorum Germaniæ jurium provincialium, inprimis juris feudalis Alemannici, in caussis Statuum Imp. privatis plane eximium, summo studio asserit & extollit *Cel. Joh.* SCHILTER *in Instit. Jur. Publ.* Libr. I. Tit. II. Hujus autem non usum demonstrare conatur *Steph. Chph.* HARPRECHT de *Harprechstein*, in *Tractatu* quem inscripsit: *Speculi Suevici & prætertim juris feudalis Alemannici in foris Vicariatus Suevo Franconico Palatino non usus modernus*, Kiliæ 1723. in 4. *Germanice.* 2 *Alph.* 5½ pl. Occasione successionis dubiæ in comitatu *Rietbergensi*, in gratiam familiæ principum de *Lichtenstein*, cui favet jus feudale Langobardicum, adversus comites de *Kauniz* e jure feudali Alemannico argumenta sua firmantes, scriptus est hic liber. Sed nihilominus tamen, quantum constat, obtinuere tandem Comites a Kauniz in Summo Consilio Imperii Aulico controversam successionem. Nec prætereundus quoque hic nobis videtur non levis error, quem admisit *Cel.* MOSER *in Bibl. Jur. Publ. perhibens Tom. III*, qui prodiit *Tubingæ* 1734. *in* 8 *pag.* 107. hunc librum nondum editum. Ita enim l. c. scribit: *Daher ich mit Verlangen des gelehrten Herren Staats-Raths Harprechts in Kiel versprochenes Werck, de non usu Speculi Suevici in Germania superiori erwarte.*

z) Huc itaque & ex parte referri potest elegantissima RICCIARDI de ANTIQUIS D. *Mediolanensis Epistola*, *qua* Hermanni Conradi F. Sinceri *sententia*, *de usu juris feudalis Longobardici*, *in Germaniæ terris exponitur & trutinatur*, Coloniæ (i. e. *Giessæ*,) ad exemplar Venetum, sumtu *Oberti van Leenhoff* 1738. editum, *recus.* 1739. *in* 4to, 11. *pl.*

42) *Jo. Geo.* ESTOR. Obſervationes juris feudalis, *Jenæ* 1739. *in* 4. 10. *pl.* aa)

43) *Haubold. Ern.* LICHTENHAHNII Diſſ. Epiſtolica, de Uſu jurisprudentiæ feudalis in cauſis publicis & illuſtribus, hodierni in primis belli, quod reges Galliæ, Hiſpaniæ & Sardiniæ, atque infans Hiſpanus in Italia concitaverunt, *Lipſ.* 1735. *in* 4. 3. *pl.* bb)

44) *Juſt. Chph.* WILLERDING, Diſſert. de Incongrua applicatione juris Longobardici ad feuda Germaniæ, *Gieſſæ* 1705. *in* 4. 6. *pl.* cc)

45)

Illius *auctorem*, *Ill. Chriſt. Henr.* SENCKENBERG. *Conſiliar. Regim. Darmſtadini, & in Academia Gieſſenſi* JCTUM *Celeberrimum*, Patronum noſtrum præcipuum, eveſtigio prodit genus dicendi & quædam voces *Ill.* AUCTORI valde familiares, licet, is videri non cupiat, nec tamen, quantum nobis conſtat, plane neget. Nobiscum conſentiunt. *Allerneueſte Nachrichten von Juriſtiſchen Büchern &c.* (Jena u. Leipz. 1740. 8.) Part. IV, recenſionem eruditiſſimæ hujus epiſtolæ exhibentes, pag. 355 - 365. incl: inprimis p. 365.

aa) Præſtantiſſimas has *Ill.* & eruditiſſimi omnino *Auctoris*, obſervationes præcipuum jure hic mereri locum, arbitramur, quoniam doctrinam de miniſteralibus, tot utpote tricis involutam, & militiam veteris Germaniæ, ita profecto egregie illuſtrant, ut omnes, earum continuationem ſummo ſtudio, non ſine cauſſa efflagitent.

bb) Non omni plane caret uſu hæc epiſtola.

cc) Multa continet quæ argumenti illuſtrationi minus inſervire videntur, veluti ampliſſima illa tractatio, de veteri Germaniæ in VI. provincias diviſione, & harum provinciarum indole. p. 21 - 34. incl. §. XI - XXI.

45) *Jac. Carol.* SPENERI Examen Longobardicæ doctrinæ de Felonia, ad Status imperii communiter applicatæ, *Witteb.* 1718. *in* 4. 9. *pl.* dd)

46) *Gebh. Christian.* BASTINELLERI Diss. de Præjudicio principum, ex abusu juris feudalis Longobardici, *Ibid.* 1727. *in* 4. 5. *pl.*

§. VII.

Restant adhuc scriptores doctrinæ civilis a) historiæ, inprimis Germanicæ, b) geographiæ, c) chronologiæ, genealogiæ d) & artis denique heraldicæ, e) quatenus scilicet juri publico auxilio esse valent. De harum autem disciplinarum in jure, quo utimur publico, usu, quum non extent, quantum constat, scriptores peculiares; de una quaque unum tantum alterumve f) adducemus, quem scilicet argumento, cujus

dd) Sua profecto laude non est defraudanda hæc Dissertatio.

a) Scriptores nonnullos huc pertinentes, exhibet *Bibliotheca J. P.* BILDERBECKII *Teutschen Reichs-Staat*, (edit. Lips. 1738. in 4. maj) præmissa, cap. III. p. 5-10. incl.

b) Quæ huc potissimum spectare videntur, *Joh. Ulr.* Pregitzeri Origines Notitiæ Sac. Rom. Imp. supra a nobis, §. IV. not. *b.* pag. 13. jamjam excitatæ sunt atque paucis descriptæ. Vid. interim Catalogum Scriptorum historiæ Germanicæ particularis & singularum provinciarum satis amplum, in *Bibliotheca Jur. Publ. Bilderbeckiana* modo citata, Cap. IV, & V. pag. 10-31.

c) Vid. EADEM Cap. VII. §. 1. & 2. p. 34-35.

d) Vid. EADEM *ibid.* §. 3. p. 35. 36.

e) Vid. EADEM *ibid.* §. 4. p. 36-38. incl.

f) Omnes enim recensere, integrum sane, magnæ quoque molis, volumen prorsus non sufficeret,

cujus in præsenti subsidia indicare animus est, omnium maxime, nostro quidem judicio, inservire posse arbitrabimur. De omnibus itaque his disciplinis notari merentur.

47) *Herm.* CONRINGII Diss. de Philosophia Civili ejusque optimis ac præcipuis scriptoribus, *in* 4. 1673. g)

48) *Nic.* MACHIAVELLI Liber de Principe, cum notis *Herm.* CONRINGII, *Helmst.* 1686. *in* 4. h)

49) *Christ.* THOMASENS *Entwurff der Politischen Klugheit, nebst einigen Anmerckungen*, Fr. und Leipz. 1720. in 8.

50) *Klugheit zu Leben und zu Herschen*, Leipz. 1722. in 8. 2 Alph. i)

51) *Burc. Gotth.* STRUVII Syntagma Historiæ Germanicæ, Jenæ 1716. in 4. 12 Alph. 4. pl. & dein

sub Tit.

52) Corpus Historiæ Germanicæ, cum Bibliotheca Scriptorum Hist. Germ. Celeb. *Christ. Gottlieb* BUDERI, & nonnullis aliis Struvii scriptis, ibid 1730. in fol. c. f.

(e) 53) *Jac,*

g) Judicium de hac Philosophia Civili, vid. in Bibl. J. P. Bilderbeckiana sæpius excitata, Cap. III. §. 2. p. 7.

h) Vid. EADEM *ibid*: *ead.*

i) *Auctorem* agnoscit *Celeb. Andr.* RIDIGERUM hic liber, & cum judicio scriptus. Prodiit quoque *Cœthen*, 1732. *in* 8.

53) *Jac. Carl.* SPENERI Historia Germaniæ Universalis & Pragmatica, II. Tomi in 8. T. I. Lipſ. & Halæ 1716. 1 Alph. 22. pl. II. ibid 1717. 3 Alph. 6. pl.

54) *Friederich* GLADOVS *Versuch einer vollſtändigen und accuraten Reichs-Hiſtorie von Teutſchland,* Leipz. und Halle 1717. in 4. 4 *Alph.* 17. *pl.* k)

55) *Ad. Fried.* GLAFEYS *Hiſtoria Germaniæ Polemica, oder Kern der Teutſchen Reichs-Geſchich-*

k) Accuſaverat publice GLADOVIUM Celeb. Hahnius mox citandus, quod dictum librum, non ab ipſo elaboratum ſed de Collegio, a ſe (HAHNIO ſcilicet) habito, deſcriptum & mutilum quidem ac mancum ediderit. ſequenti inprimis ſcripto, cura ejus edito: *Abgenöthigte Critique, über die, ſo wohl andern, als auch fürnemlich dem Herren Prof* Hahn *in vielen Stücken abgeborgte Gladoviſche Reichs-Hiſtorie, von* Hildebr. Henr. Herbſt, Goslar. *entworffen, und dem Herren Auctori des VIII. Art. des IV. Stücks der Hall. vermiſchten Bibl. entgegen geſetzet,* (Helmſt. 1718. in 4. 12. pl.) Gladovium autem contra hanc cenſuram defendit Commentatio, cui titulus: *Der Gerettete Herr* Friedr. GLADOV, *darinnen der ehrliche Nahme des Seel. Mannes, gegen des* Helmſt. Prof. Hiſt. *Herrn Simon Friederich* HAHNS, *ungegründete Beſchuldigung eines unverantwortlichen Plagii, nochmahls vertheidiget, die ſo genante abgenöthigte Critique der* Gladoviſchen Reichs Hiſtorie *zulänglich beantwortet, die Gerechtigkeit und Warheit des VIII. Art. des IVten Stücks der vermiſchten Bibliothec gründlich behauptet, und endlich die lautere Unmöglichkeit das erdichtete plagium zu erweiſen, deutlich gezeiget wird,* Halle 1719. in 4. 1 *Alph.*

Geschichte, Francf. und Leipz. 1722. in 4. 4 *Alph.* 16. *pl.* l)

56) *Sim. Fried.* HAHNS *Vollstandige Einleitung zu der Teutschen Staats-Reichs und Kayser Historie, und dem daraus fliessenden jure publico*. Halle und Leipz. 4. *maj. Tom. I.* 1721. 1 *Alph.* 17. *pl. II. ibid. eod.* 1 *Alph.* 16. *pl. III. ib.* 1723. 1 *Alph.* 19. *pl. IV. ibid.* 1724. 1 *Alph.* 18. *pl.* m)

57) *Joh. Jac.* MASCOVS *Geschichte der Teutschen, bis zu Anfang der Franckischen Monarchie, in X. Büchern*, Leipz. 1726. 4. maj. 3 *Alph.*

(e) 2 58)

l) Præmissa brevi de Historiæ indole, tractatione, a Carolo M. operis sui in theses distributi initium capit *Ill.* AUCTOR, & in controversia de capitulationis perpetuæ negotio, sub præsenti gloriosissimo Imp. Carolo VI. mota, subsistit. Generatim ea saltem fere unice sub uno quoque Imp. persecutus est. *Ill.* AUCTOR, quæ juri publico valent inservire. Quum autem non nulla contra hunc librum monuissent Acta eruditorum Germanica, sequenti se defendit scripto, *Ill.* Auctor, cui titulus: *D. Adam Friederich* GLAFEYS *Verthaidigung seiner Reichs-Historie, wider das in dem 77ten Theile der Teutschen Actorum eruditorum befindliche Excerpt. in* 4. 2. *pl.*

m) Præstantissima hæc, & summa cum diligentia elaborata introductio, pariter a Carolo M. incipit & in Wilhelmo Hollando, ita dicti magni interregni tempore, finitur. Egregium enim huncce laborem præmatura & fatalis *Cel.* Auctoris mors interrupit. De controversia cum GLADOVIO, vid. supra not. k.

58) EJUSD. *Geschichte der Teutschen bis zu Abgang der Merovingingischen Kœnige, in 6. Büchern*, Leipz. 1737. 4. *maj.* 3 *A.* 10. *pl.* n)

59) *Herrn Heinrichs von* BÜNAU *Genaue und umstændliche teutsche Kayser und Reichs-Historie, Tom. III.* Leipz. 1728. seq. 4. *maj.*

60) *Pauli* HACHENBERGII Germania media, *Jenæ* 1686. in 4. & cum *Henr.* TURCKII Dissertatione, de Geographia medii ævi, *Halæ* 1709. *in* 4. o)

61) *Christian* JUNCKERS *Anleitung zu der Geographie der mitlern Zeiten*, Jene 1712 in 4. 4 Alph. 5½. pl. p)

62) *Jac.*

n) Tomum hunc secundum operis, quod ubique obtinuit applausum, inprimis adhuc ornant. 38. peculiares observationes, de quibusdam argumentis, historiam in hoc Tomo contentam illustrantibus. Ipsa autem rerum gestarum expositio in anno 752, subsistit, quo Childericus III. ultimus Merovingorum regno fuit privatus. Uterque Tomus, in varias viventes Europæ linguas, Italorum scilicet Batavorum & Anglorum, fuit translatus, vid. *Cl.* FINCKII Conspect. Bibl. Chron. Diplom. p. 23.

o) Præter Geographiam, in egregio hoc libro explicantur quoque, mores, ritus, leges, sacræ profanæque ceremoniæ, a Trajano ad Maximilianum I. De posteriori edit. v. Cat. Fries. no. 24. p. 189.

p) Titulum quidem generalem in fronte exhibet hæc introductio, ast non nisi Germaniæ mediæ descriptionem sistit Geographicam, quare & ipsi hic dedimus locum.

62) *Jac. Caroli* SPENERI Notitia Germaniæ antiquæ, cum conſpectu Germaniæ mediæ, *Halæ* 1717. 4. 6. *Alph.* 3. *pl. cum Tabb. Geogr.*

63) *Sim. Frid.* HAHNII Progr. de Medii ævii Geographia per Germanos uberius excolenda, *Helmſt.* 1717. 4.

64) *Joh. Dav.* KOEHLERS *Anleitung zu der alten und mittlern Geographie, 2 Theile,* Nürnb. 1730. 8. maj. cum *Tabb. Geogr.* q)

65) *Accurate neue und alte Geographie von ganz Teutſchland, von Joh. Sam.* TROMSDORFFEN, Franc. und Leipz. 1711. 8. 2 Alph. 18 pl. r)

(e) 3 66)

q) Nec ſuo uſu deſtituitur hic liber, breviſſima licet ratione ſcriptus. Præterea & huc pertinere videtur *Chr. Franc.* PAULINI *Geographia curioſa, ſive de pagis antiquæ Germaniæ, cui acceſſerunt* 1) *Caſp. Henr.* GRAUNII *Dalemincia Slavorum,* ex antiquitate Miſnica eruta. 2) *Vita B. Waltgeri,* illuſtrium Comitum Herfordienſium in Weſtfalia ultimi, e vetuſta membrana editi. 3) *Hiſtoria* Nobilis ſecularisque Virginum *Collegii Visbeccenſis,* Dioeceſ. olim Mindenſ. &c. 4) *Chr.* KNAUTII *Antiquitates pagorum & comitatuum Principatus Anhaltini, Franc. ad Mœn.* 1699. *in* 4. 2 *Alph.* 20. *pl.* c. f. Hæc autem Geographia curioſa prorſus differt ab *Ejusd.* AUCTORIS *Syntagmate rerum German. quod varios Hiſtoriæ Germanicæ ſcriptores exhibet,* ac ibid. 1698. in 4. prodiit 6. *Alph.* 11. *pl.* Quare in errore non levi verſatur, AUCTOR *Bibliothecæ J. P. ſæp. excit. operi Bilderbeckiano* præmiſſæ, *Cap. VII* §. 2. *p.* 35. exiſtimans Paulini opus de Germaniæ pagis, huic Syntagmati acceſſiſſe.

r) Geographiam recentiorem unice fere tractat AUCTOR,

66) *Dion.* PETAVII Opus de Doctrina Temporum, Tomi II. *Paris* 1627. *fol.*

67) EJUSD. Rationarium Temporum, *Lugd. Bat.* 1720. II. Tomi 8 maj. s)

68) *Sethi* CALVISII Opus Chronologicum, *Lipſ.* 685. *fol.* t)

69) *Joh. Dav.* KOELERI Directorium Chronologico-Diplomaticum annorum regni & imperii, omnium regum Germaniæ & imperatorum Romanorum, a Pipino rege Franciæ usque ad Carolum VI. Cæſ. Aug. u)

70) *Joh. Geo.* LAIRIZENS *Hiſtoriſch-Genealogiſcher Palmwald*, Nürnb. 1686. fol.

71) *Jac. Wilh.* IMHOFFII Notitia Sacr. Romani

antiquæ, non niſi, in tranſitu veluti habita ratione, cum cura tamen & accurate hicce liber videtur ſcriptus.

s) Hanc quidem egregii hujus compendii editionem, & recentiſſimam judicamus & perfectiſſimam. Acceſſit enim appendix hiſtorica ad an. 1718. & notæ in antiquam hiſtoriam. Inter antiquiores contra editiones celebratur, quæ juxta exemplar Pariſinum, & nonnullis notis aucta, in lucem emiſſa eſt, *Franequeræ* 1684. 8. 2 Alph. 12. pl. 11. *Part.*

t) Iſta hujus operis editio pariter laudatur, ut accuratiſſima & perfectiſſima.

u) Acceſſit *Directiorio in omnes Chronologos, annalium ſcriptores & hiſtoricos, Marquardi* FREHERI, & quidem *editioni*, quam *Norib. & Alt.* 1734. *in 4to* publici juris fecit, *Celeb.* KOELER, *pag.* 271 - 305. finem ſcilicet opuſculi. In inveſtiganda potiſſimum diplomatum veritate, egregium ſane uſum præſtat hac Directorium.

mani Germ. Imperii Procerum tam ecclesiasticorum quam secularium Historico-Heraldico-Genealogica, ad hodiernum Imp. statum accommodata & in supplementum operis genealogici Rittershusiani x) initio adornata, editio V. y) partim ex annotationibus & schedis ipsius B. Auctoris, partim ex propriis observationibus & collectis, multis supplementis locupletata, opera *Joh. Dav.* KOELERI, *Tom. I. Tubingæ* 1732. *fol.* 7 *Alph.* 17½ *pl. T. II. ib.* 1734. *in fol.* 3 *Alph.* 13 *pl.* & 10 ½ *pl. fig. æn.*

71) *b) Einleitung zur Genealogischen Wissenschafft, nebst einer Genealogischen Bibliothec.* z)

72)

x) Multis forte non erit injucundum, titulos operum genealogicorum RITTERSHUSII hic legere recensitos. Extant autem 1) *Nic.* RITTERSHUSII *Tabulæ Genealogicæ illustrium aliquot familiarum*, Tubingæ 1661. fol. 2) EJUSD. *Genealogiæ Regum, Ducum, Comitum aliorumque procerum*, Tubingæ 1672. fol. 3) EJUSD. *Exegesis Historico-Genealogica*, Tubingæ 1674. 4) *Specilegium* RITTERSHUSIANUM, *sive tabulæ genealogicæ, aliquot Stemmatum, quæ Nic.* RITTERSHUSIUS *præteriit, Pars I.* Tub. 1683. *II.* 1685. fol. ibid.

y) Est equidem potius hæc, quam *Cel.* KOELERUS procuravit, præstantissimi IMHOFIANI operis editio sexta. Nam omnium prima prodiit, *Tubingæ* 1677. *in* 8. *dein ibid.* 1687. *in* 4 *ibid.* 1693. *nec non* 1695. & 1699. *in fol.* non addito *Cel.* Auctoris nomine.

z) Hanc introductionem, ipsi exaravimus, ac primæ editioni libelli nostra cura editi, cui Titulus: *Verbesserte Genealogische Fragen*, Francf. und Leipz. 1733. *in* 12. 21. *pl.* præ-

72 *Theod.* HOEPING de Jure insignium sive armorum Tractatus, *Norib.* 1642. in 4. & ibid: 1643. in fol.

73) *Phil. Jac.* SPENERI Insignium Theoria, seu operis Heraldici pars generalis, *Franc.* 1690. *fol. c. f.*

74) EJUSD. Operis Heraldici pars specialis, *ibid:* 1680. *fol. c. f.* & junctim II. Tomis in fol. ibid 1717. aa) Tom. I. 4 Alph. 17 pl. & 12 pl. fig. æn. II. 9 Alph. 17 pl. & 18 pl. fig. æn.

75) *Joh*

nisimus egimusque in illa, de Studii genealogici, natura & indole, necessitate ejus & usu in historia ac jure publico, nec non variis ipsius fatis. Alteri dein editioni dictarum quæstionum genealogicarum, quæ *Franc. u. Leipz.* 1735. *in* 12. 1 *Alph.* 2. *pl.* prodiit, præter hanc introductionem, multis accessionibus auctam, adjecimus quoque *Bibliothecam Genealogicam,* præcipuos Europæ & Germaniæ potissimum genealogiarum scriptores exhibentem. Et tandem præterito anno insecuta est nova editio, (*Franc. u. Leipz.* 1 *Alph.* 1. *pl.*) cum introductione & Bibliotheca Genealogica longe auct.

aa) In hac sane arte & perfectissimum & præstantissimum omnino est opus, quod reliqui omnes secuti sunt; & non nisi in compendia redegere, ac pauca quid quod fere nulla sunt, quæ nova adinvenisse videntur. De exteris SPENERUM antecedentibus, titulos duorum tantum operum paucis cognitorum adhuc addere juvabit.

1) Est *Tresor heraldique ou mercure armorial, par Charles* SEGOING, *Advoc. en Parlement & es Conseils d'Estat & Prive du Roy,* a Paris. 1657. *fol. maj. c. fig.* 6. *Alph.* 16½ *pl.*

2) *Le Palais de l'honneur, contenant l'origine & expl. des armes, devises, tournois, des ordres milit. des Ceremonies aux sacres, entrees, obseques des Rois, & l'origine*

75) *Joh. Wolfg.* TRIERI *Einleitung zur Wapen-Kunst, Leipz.* 1714. *in* 8. *c. f. & auct.* ibid: 1729. in 8. c. f. 1 *Alph.* 19 *pl.* & 6 *pl. fig. an.*

His forsan nec inutile erit nec injucundum, nonnullos adhuc jungere AUCTORES, *notitiam Scriptorum juris publici* tradentes. In horum numero sunt

76) *J. G.* SULPICII (i. e.) KULPISII De Studio juris publici recte instituendo, & de Scriptoribus eo pertinentibus Dissertatio, acc. EJUSD: de Studiis Academicis juvenis nobilis recte instituendis Dissertatio, 1688. *in* 8. 13½. pl. bb) *Witteb.* 1708. 4. cc)

& demum sub Tit.

77) *J. G.* SULPICII *JCti*, de Studio juris publici recte instituendo, & de scriptoribus eo

(f) pertinen-

& progres des familles de France, de Lorraine & de Savoy (par F. ANSELME) Par. 1664. c. 4. f. 4 Alph. 5 pl. & 6 pl. fig. æn.

bb) Hujus Dissertationis recensionem vid. in *Cel.* MOSERI Bibl. Jur. Publ. Tom. I. No. 3. pag. 26. seq. & in EJUSD. Unpartheyischen Urtheilen von Jurist. und Hist. Büchern, Part. 2. pag. 170. seq.

cc) Vid. *Cel.* HOFFMANNI Bibl. Jur. Publ. mox citanda pag. 1. No. I.

pertinentibus Diss. acc. EJUSD. de studiis academicis juvenis nobilis recte instituendis epistola, *Joh. Gottl.* HEINECCIUS JCtus *præfationem* præmisit, *Halæ* 1738. *in* 4. 12 *pl.* dd)

78) *Burc. Gotth.* STRUVII Bibliothecæ Juris Selectæ, Cap. XIV. continens Scriptores juris publici, auct. *Jenæ* 1725. 8.

79) *Bibliotheca Juris Publici, oder Nachricht und Raisonnement von denen zum Jure Publico Germ. gehœrigen Scribenten und Büchern, erœffnet von C. L.* BILDERBECK, præfixa, EJUSD. *Teutschen Reichs-Staat*, edit. Franc. und Leipz. 1709. 1715. &c. ac demum *novissimæ editioni*, quæ prodiit, *Lipf.* 1738. 4. *maj.* duplo auctior, sub tit.

80) *Bibliotheca Juris Publ. German. oder Nachricht von denen zum Jure Publico Germanico gehœrigen Scribenten und Büchern*, 4. maj. 8. pl. ee)

81) *Joh. Jac.* MOSERI Bibliotheca *jur. publ.* S.R. German. Imp. *enthaltende eine genugsame Nach-*

dd) Vid. *Leipz. Gel. Zeitungen*, Anni 1738. No. 95. p. 854. seq.

ee) Constat. XI. Capitibus, quorum ultimum quod Scriptores, juris publici singularia argumenta illustrantes, exhibet, omnium est amplissimum & 50. §§. absolvitur.

Nachricht von denen Autoribus, Jnhalt, Einrichtung, Auflagen, Fatis, Recensionen, davon gefællten Urtheilen, und andern zu wissen nœthig-und nützlichem, so dann eine eigene unpartheyische, und gründliche Beurtheilung der Tugenden und Fehler der von dem Staats-Recht des Heil. Rœm. Reichs: handelnden alt und neuen Schrifften: 3 Theile, Stuttgard. 1729. seq. 8. ff)

82) *Christian. Gottfr.* HOFFMANNI Bibliotheca juris publici, quæ exactam consignationem Scriptorum, in quibus S. R. G. J. Jus publicum traditur, sollicita methodo, secundum materiarum argumenta dispositam exhibet, *Franc. ad Viadr.* 1734. *in* 4. *&* 8. 1 Alph. 17½. pl. Accessit & EJUSD. supra, no. 5. p. 14. excit. *Einleitung in das Jus Publicum &c.* gg)

(f) 2 Quorum

ff) Nullum plane materiarum ordinem servare placuit, *Cel* AUCTORI, Quare Part. I. ea potissimum scripta recensuit, quæ in LÜNIGII Opere, cui tit: *Thesaurus Juris der Grafen und Herren des Heil. Rœm. Reichs*, collecta deprehenduntur.

gg) Multa sane circa hanc Bibliothecam forent monenda si instituti nostri ratio id permittere videretur. Hoc unicum itaque saltem addere liceat inter, 3037. quos exhibet scriptores, vix ac ne vix quidem 300. ad ipsum pertinere, quod in fronte sistit, argumentum. Vid. quæ desuper dis-

Quorum quidem scriptorum omnium recensione nostro nunc officio satisfecisse omnino videremur, nisi, ob summam profecto festinationem, qua præsentem nostram notitiam componere necesse habuimius quædam mentem occulosque effugissent, quæ nunc lubet adjicere

SUPPLEMENTA.

Merentur ergo, quorum adhuc fiat mentio, & quidem veluti

I) §. IV. pag. 14. post. No. 5.

a) *Joh. Jac.* MOSERI Præcognita juris publici Germanici generalissima, *oder Tractat von der Lehre der heutigen Staats-Verfassung von Teutschland &c.* Francf. und Leipz. 1732. 8. 15½. pl. 1)

II) §. V.

putavimus, in *Præfatione libelli a* nobis editi & supra citati, cui titulus. *Verbesserte Gen. Fragen*, edit. *Lips.* 1739. 12. pag. 8 - 10. incl. Nec denique universum, quo utimur jus publicum, hæc Bibliotheca complectitur, sed saltem doctrinas Libri I. II. & ex parte 3. priora capita III. *Compendii* MASCOVIANI. MStam servamus *Bibliothecam J. P.* a nobis compositam, & ad ordinem dicti *bujus compendii digestam*, ac penitus absolutam, quam tamen nondum luce publica dignam judicavimus.

1) Horum præcognitorum recensionem, cum lato desuper judicio, dedit ipse *Cel.* AUCTOR, in *Bibliotheca* sua *juris publici* Tom. III. No. 217. p. 852. seq.

II) §. V. pag. 15. ante No. 6.

b) *Jo. Geo.* KULPISII Positionum Juris publici Exercitatio I. *Argent.* 1685. in 4. 1½. pl. 2)

c) *Jo.* SCHILTERI Diss. de Natura & Origine Juris publici, *Ibid.* 1694. *in* 4. 4 pl. rec. 1736. 4.

d) *Just. Chph.* DITHMARI Diss. de Origine Juris publici Germanici, *Franc. ad Viadr.* 1719. 4. 3 pl. 3)

e) *Joh. Jac.* MASCOVII Oratio, de Ortu & progressu juris publ. in Germania, dicta publice V. Iduum Augusti, cum extraordinariam juris Professionem, in Academia Lipsiensi, solemni ritu adiret, 1719. 4. 4)

f) *Chrift. Gottlieb.* BUDERI Diatriba, de Fatis Doctrinæ Juris publici, in Academiis maxime Germaniæ, Jenæ 1731. in 4. 1½. pl. 5)

(f) 3 III)

2) Reperitur & in EJUSD. Dissertationum Academicarum Volumine, (cum Præf. SCHILTERI, Argent. 1705. 4.) No. 5. p. 219 - 230. incl.

3) Deprehenditur quoque in EJUSD. Dissertationum Academicarum atque Exercitationum Sylloge, (*Lips.* 1737. 4.) Part: priori, (Differt. scil.) p. 3 - 16. incl.

4) Inserta fuit a *Celeb.* KAPPIO Clarissimorum Virorum Orationibus Selectis, (*Lipsiæ* 1722. *III. Tom. in* 8. 4. *Alph.* 7. *pl.*) Tom. I. pag. 720. - 730. No. 24. Prodiit & ibid. 1734. una cum Programmate auspicali, *Ill.* AUCT. *de Jure auspicii ap. Rom.* in 4.

5) Publici iterum juris fecimus cultissimam hanc *disquisitio-*

III) §.V. pag. 19. post. No. 17.

g) *Christ. Gottlob.* HALTAUSII Calendarium medii ævi, præcipue Germanicum, in usum historiæ ac rei diplomaticæ, *Lips.* 1729. 8. maj. 11 *pl.* 6)

h) *Ioh. Iac.* RABE Calendarium festorum dierumque mobilium atque immobilium perpetuum, in usum chronologiæ historicæ & rei diplomaticæ, ita adornatum, ut dati quilibet mensium dies, medii ævi more notati, sine mora cum nostro computandi modo componi possint, præmissa præfatione, usum ejus docente, *Onolsbaci* 1735. in 4. (1 Alph. 7)

Absolutis igitur quoque, nobis quæ videbantur supplenda, hoc unicum addere liceat solemne illud Pœtæ

Homo sum humani nihil a me alienum puto.

nem, insertam *nostræ Collectioni, de Fatis, methodo, fine, & objecto J. P.* No. I. p. 1. - 11. incl. Juris Publici Origines mox prelo subjecturum *Ill. Joh. Gotl.* HEINECCIUM, tradunt *Allerneueste Nachrichten von Juristischen Büchern &c.* Part. V. p. 476.

6) Hujus calendarii, summa cura & incredibili prorsus diligentia exarati, usum plane singularem, in eruendis veterum chartarum annis & diebus, quibus data sunt, unusquisque statim valet perspicere.

7) Argumentum hujus exhibent, *Leipz. Gel. Zeitungen, Anni* 1736. *No. V. pag.* 39. *seq.*

PRÆ-



PRÆFAMEN
AD
LECTOREM BENEVOLUM.

Scientias, Disciplinas & Artes fere quaslibet ab omni ævo, sororio quasi nexu, sibi invicem junctas esse, nemo est, quem fugiat; Neque enim illæ a se separandæ, sed duntaxat distinguendæ sunt, ut constet quæ magis sint necessariæ, & quæ minus? Hæc cum ita sint, maxime id genus asserti usu venit in Jure Publico Nostro! Cujus Studium ut elegans, & (ceu mihi videtur) Alcinois hortis amœnius est; ita & amplum ac difficile censendum. Nam licet illud nullo quidem tempore intermissum prorsus fuerit, rarius tamen, ferente id temporum servitute, ita traditum, ut aut ejus cognitio ad posteros perveniret, aut vel nulla obscuritate, vel nullis difficultatibus involutum esset. Vid. Præclariss. Dn. Præs. Inst. I. P. procem. in pr. & §. 16.

 siqui-

siquidem ultimis temporibus, cum serius rem Nostri aggrederentur, ceterique ab Endymionis, ut ita loquar, somno suscitarentur, varia in idem Jus, veluti ex Prudentum Interpretatione accidit, irrepserunt, quæ Jus Publ. immensum in modum auxerunt, sic ut nunc ei operam daturus vix sine Adminiculis, quibus usi sunt, Studium hoc feliciter aggredi valeat! Vid. omnino Differt. nostræ S. 1. c. un. §. 3. & seqq. h. *Sunt certe solum Elegantiores Literæ, quæ hominem Politicum, ne dicam Juris Publici Studiosum, probe efformant, exornant atque illustrant.* Vid. Kulpis. Differt. de stud. J. P. recte instit. p. m. 4. *Quorsum sine Dubio jam dudum Divinus Grotius reflexit, cum, Teste Menagio, Amicorum Albis inscribere amaret:* Γράμματα μαθεῖν δεῖ μαθόντα δὲ νοῦν ἔχειν. *Quapropter liceat mihi Exercitii gratia, & ne plane Timonis vitam in Celebri hoc Batavorum Athenæo agere videar, Adminicula ista Juris Publici Nostri parumper considerare & veluti e specula quadam, imo tantum digito, (cum Instituti aliter ratio non ferat, multo minus animus sit edere Commentaria de Studio Juris P. instituendo) monstrare, quibus Auxiliis Interpretes Nostri usi fuerint, & quæ vestigia nobis quoque in Jure Publ. hodienum sint legenda! Interim lubens ingenii mei, & lubentius ætatis tenuitatem fateor, qua quove si non aliis, mihi tamen hoc Specimine, quod dicitur, Balneator ero; Tu ergo B. L. quicquid hic ausus fuero, æqui bonique consule!*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Caput unicum.

De Adminiculis J. P. in genere.

§. 1.

Quemadmodum aliæ Resp. prout cuique aliquid publice utile visum Legibusque id sancitum est, suum habent Jus Publicum; ita quoque Imperium Romano-Germanicum Suo utitur. *Dn. Præs. d. l. §. 1. seqq. præsert. §. 5. & seqq.* Item *Rachel. Intr. ad J. P. cap. 4.* Dicitur Publicum, quia vel universæ Reipl. vel in partibus ejus quid publice expedire posse videtur, sic ut ejus obligatio ad illam, qua talem, directo atque immediate feratur. Nam quæ Civibus quoque privatim conducunt & a Legislatoribus salutaribus Legibus procurantur, cedunt quidem etiam in utilitatem Reipl. sed non directo & tantum per consequentiam. *Id. d. l. c. 2.* eodem modo, quo membris nostris mederi per Medicorum Filios curamus, ut corpori sua stet simul integritas, quæ tamen uno atque altero illo carere sæpe posset.

§. 2.

Nota inde jam olim Divisio Juris in Publicum & Privatum, quorum alterum ad Statum Reipl. principaliter, principaliter alterum ad singulorum utilitatem spectat. *v. §. 4. Inst. de J. & J. l. 1. §. 2. ff. eod.* neutrum secum confundendum. Sicut enim fieri potest, ut Cives quidam privati sint opulenti, ipsa autem Civitas publice

ſit valde inops, forte quod bello exhauſtum ſit ærarium; ita pariter privatim vel ſingulis aliquid poteſt videri in Repl. utile ac bonum, quod ipſi Reipl. vel Univerſis ſit inutile & minus proſit. *Rachel. d. l.*

§. 3.

Jus autem hoc Publ. idque Germ. non una involutum eſt difficultate, ut monui jam in *Præf. h.* maxime cum toties mutatum fuerit & adhuc mutabile ſit, quoties ejus Status Publicus fuit mutatus aut poſthac mutabitur. Qvamvis enim opera danda ſit iis, qui gubernaculis Reipl. præſunt, ne Legibus temere aut facile aliqua mutatio accidat; mutato tamen Statu Reipl. etſi tantum in parte, non poteſt non mutari ejus Jus Publ. prævalente temporum neceſſitate; quin ſæpe aliquando, quod hactenus publice utile fuit, deſiit eſſe tale, ſummeque noxium futurum ſit, ſi priſcis veſtigiis præfracte inſiſtere velis. *Rachel. d. l. c. 4.* quemadmodum ex mutationibus circa Officia Imperii tempore Ottonum, ut & circa Sacra tempore Caroli V. aliiſque creberrime admiſſis prolixe videre eſt; quandoquidem omnia Regna viciſſitudini & perpetuæ injuriæ temporum expoſita ſunt, ita, ut ſuos, inſtar hominum, etiam patiantur manes. *vid. Stryk. in Præcog. Jur. Univerſ. cap. 1. pr.*

§. 4.

Auxit memoratam Difficultatem, quod Studium hujus Juris (forte ob lucrum, quod Veteres Noſtri ex ſolo Jure Civili, neglecto vel ipſo Jure N. & G. captare ſtudebant, ad exemplum aliorum in aliis locis DDrum; in quos ideo merito invehitur laudatus *Grot. de J. B. & P. Proleg. §. 53. ſeqq. & paſſim alibi,*) diu incultum manſerit, donec diſcuſſis Cimmericis quaſi tenebris in lucem tandem

tandem prodire ausi fuerint, Patriæ & Bono Publico serio magis faventes. v. *Dn. Præs. d. l. §. 16.* Quantum enim est, Jus in Civitate esse, nisi sint, ut *Pomponius exclamat in l. 2. §. 13. junct. §. 5. & 6. ff. de O. J.* qui Jura regere, vel Interpretatione juvare possunt? *Jung. Rhet. Inst. J. P. L. 1. T. 1. §. 8. & Rach. c. 3. in fin.*

§. 5.

Cum ita Jus Publicum excoleretur, accessit ultimo, ac Difficultatem ejus promovit, partim 1.) quod Interpretes Studium hocce egregium, nobile ac elegans illotis, ut ajunt, manibus aggressi fuerint, & ut miles inermis in aciem processerint, nullis, quæ prærequiri videbantur, Adminiculis, Disciplinis & Artibus adjuti, atque hinc in Syrtes Errorum prolapsi: Ex pluribus unus esto Exemplo insignis Limnæus, omnium Juris Publ. nostri Interpretum facile Princeps & Coryphæus, in quo culpatur, quod ubi disputatio ex Philosophia seu Disciplina Morali & Politica occurrit, non adeo semper sit accuratus, *judicante ita Boeclero in Consign. de Scriptor. J. P. annex. Dn. Præs. Inst. J. P. p. m. 458. pr.* partim 2.) quod ii, qui licet meliora novissent, & Curios simulassent, alia tamen Juri Publico intulerint, cum Principiis Politicis, tum ipsi Analogiæ Juris Publici longe contraria, quorum traditis, ni probe nobis caveamus, facile est, ut ad Barbariem, omnibus fere Seculis inimicam, grassemur.

§. 6.

Non ergo absque Theseo, ut vulgiverbium habet, eundem est! Adhiberi debent vera Gubernacula, quibus, expansis & plenis velis, omni tempore vento secundo per amplissimum Juris Publ. Oceanum navigare,

ire, ac, ad nullam allidentes Maleam, famosum olim naufragiis Promontorium, redire feliciter valeamus. Nam in Jure Publico omnino cautius, quam Privato nos esse oportet; quoniam pleraque, quæ Statum Publicum concernunt, plus singularitatis habent, quam quæ τὸ interesse privatum attingunt, *per Art. 5. §. utriusque Religionis. Instr. Pac. Osnabrug. Rhet. d. Inst. J. P. L. 1. T. 1. §. 38. & seq. præf. §. 45. & 83.* Unde, quod Cameræ Assessoribus præscriptum, idem omnes tangere censet *laud. Rhet. d. l. §. 42. ibique* v. *Ord. Cam. P. 1. Tit. 3. §. 2. in verbis:* Tapfere, gelehrte, erfahrne, verständige, *qualificirte* Persohnen seyn. *Jung. d. Ord. Cam. P. 1. Tit. 13. §. 1. verb.* Sollen in keiner Sachen, sie sey so gering, als sie wolle, allein auf ihr Gutbedüncken, oder eines jeden eigenen erwogenen Billigkeit, oder eigen fürgenommenen und nicht dem Rechten gemäß informirten Gewissen. *add. l. 91. §. 3. ff. de V. O. & Rhet. §. 39. seq.*

§. 7.

Impossibile quippe est, Leges ita scribi posse, ut omnes articuli singulatim, & casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur. *l. 10. & 12. ff. de LL.* Nam Interpreti & Juris Publ. Studioso ratiocinatione quoque sana & accurata, præter Adminicula, opus est, *Rhet. d. l. §. 44.* ne sub prætextu Juris Scientiæ perniciose erretur aut Jura intervertantur. *d. l. 91. §. 3. ff. de V. O.* Et vero Finis Jurisprudentiæ P. proximus est apta Juris Publici applicatio, *Dn. Præs. d. l. L. 1. Tit. 1. §. 1. & 3.* Unde quamvis Jus Publicum nostrum in proprio sensu sint Leges (*ut diximus §. 1. & 2. h.*) ad Constitutionem & Conservationem Reipl. Romano-Germ. spectantes, non tamen eas solas enarrat Jurisprudentia, sed adjungit etiam omnia illa, quæ ad eas dextre aut intelligendas

aut

aut interpretandas faciunt, quæ singula quidem omnia ad Jurisprudentiam Publicam necessaria sunt, sed tamen ipsum Jus Publicum, propria vocabuli acceptione, nec sunt, nec dici possunt. *Jung. Dn. Præs. d. L. 1. T. 1. §. 9.*

§. 8.

Quod itaque Adminicula hæc attinet, sciendum, constitui vulgo a DDribus Juris Publici Germ. secundum Philosophorum loquendi morem, Principia alia Essendi, alia Cognoscendi, per *ista* significantibus, quæ rem, ceu partes ejus Essentiales, constituunt; per *hæc*, quorum ope illæ plenius atque accuratius intelligi ac sciri queunt. *Rachel. d. l. c. 5.* Ad Principia Essendi referunt ipsissimas leges Fundamentales, quibus unice salus Germaniæ nostræ, dummodo bene serventur, subnixa est; quales sunt Recessus Imperii, Deputationum, Visitationum & Capitulationes. *Dn. Præs. d. L. 1. T. 2. §. 8. seqq.* Aurea Bulla *d. l. §. 12. seqq.* Instrumenta Pacis & Religiosæ & Profanæ. *d. l. §. 15. seq.* nec non (qui eundem locum sibi occupant,) Mores ac Consuetudines in Imperio universaliter vigentes, Germ. allgemeine durchgehende Gewohnheiten, allgemeine Gebräuche oder altes Herkommen, Stilus Curiæ, Praxis Communis & Observantia Imperii. *Vid. instr. Pac. Osnab. art. 5. verb. longo Usu, sive sola denique Observantia. R. I. de A. 1654. §. 137. verb.* beständig hergebracht. *Ord. Cam. P. 1. Tit. 13. §. 1. v.* redliche, ehrbare Gewohnheiten. *art. 27. Cap. Leop. & art. 26. Cap. Joseph. ibi.* durch beständiges Herbringen. *Dn. Præs. d. l. §. 7. ibique cit. DD. it. L. 1. T. 4. §. 4. a. fin. adde Kulpisii Diss. singularem de hoc argumento.*

§. 9.

Sunt, interque eos *Rachel. d. c. 5.* qui Principia hæc Essendi iterum in *Communia*, scil. cum aliarum Rerumpl. Statu,

Statu, & *Propria*, ſcil. ſoli Reipl. Germ. ſubdividunt, ad *hæc* modo dictas LL. Fundamentales, *d. l. c. 9.* ad *illa* Jus N. & G. ac Jus F. *cit. l. c. 6. ſeqq.* referentes; Verum enimvero rectius utrumque Principiis Cognoſcendi annumerari poſſe cenſeo; Quatenus enim ex alterutro quid in Leges noſtras irrepſit, hoc omne non amplius ut Jus N. & G. aut Feudale, ſed ut Lex Publica ſcripta conſideranda eſt, eodem modo, quo Juſtinianus ſuum eſſe voluit Jus, quod non tam ex placitis Civilibus, quam & ex ipſo Jure N. & Gent. colligi curavit. *§. 4. Inſt. junct. l. 6. ff. de J. & J.* quatenus vero aliis Rebuſpl. commune eſt & a nobis adhuc in auxilium Deciſionis Controverſiarum in Imperio inter Illuſtres adhibetur, eatenus potius ad Adminiculum ambo illa Jura reponimus.

§. 10.

Quod ſpectat Principia, ut vocant, Cognoſcendi malumus ea generali vocabulo Adminiculorum, ſive jam Jure Publico inſerta, ſive minus fuerint, appellitare; quoniam Principii vox intrinſeci quid infert, Principia autem Cognoſcendi extrinſecum quoddam continent, nec κατ' ἐξοχὴν & proprie loquendo Jus Publ. in ſpecie dictum efficiunt. *v. §. 6. h. & omnino Rhet. d. L. 1. T. 1. §. 65.* Sunt autem Adminicula Juris Publici Germ. media & modi certi, quorum ope vel per Reſtrictionem vel Extenſionem vel Declarationem Leges ad Conſtitutionem & Conſervationem Reipl. Romano - Germ. latas accurate commode & dextre aut intelligimus & cognoſcimus aut interpretamur, ſive Legislatorem, ſive Judicem, ſive denique Interpretem agamus. Atque ideo illa magnam partem Jurisprudentiæ Publicæ conſtituunt, cujus Anima eſt & dicitur Interpretatio.

§. 11.

§. II.

Dividimus hæc Adminicula

in
- Legalia; sc. ex Lege
  - Scripta
    - Divina
      - Revelata; ut est S. Scriptura.
      - Connata; Jus N. & G.
    - Humana; Jus Civile & Canon.
  - Non Scripta; Jus Feudale Longob.
- Vulgaria; ut sunt Politic. Histor. Geogr. Chronolog. Genealog. Herald. & Notit. Scriptorum J. P.

Missa hac Operis nostri Σκιαγραφία ad Secundam Sectionem de singulis Adminiculis paulo laxius tractaturus pergo.

SECTIO ALTERA.

De Adminiculis Juris P. Germ. in specie.

Caput Primum.

De Sacra Scriptura, seu Jure Divino.

§. I.

Primum *Adminiculum* J. P. *Legale*, idque ex Lege scripta Divina Revelata, est SCRIPTURA SACRA, Norma & unica Ratio, qua Salus nostra vel singulorum vel universorum, favente Divini Numinis gratia, dirigitur. Quare D. Paulus discipulum suum Timotheum

ad SS. Literarum Studium sedulo capessendum cohortatur, cum possint instruere ad Salutem per Fidem, quæ est in Christo; & rursus cum, ut perfectus sit homo Dei, ad omne Opus bonum instruant. *II. Tim. III. 15. 17.* & quod præcipit Paulus Timotheo, hoc idem olim David in votis habuit, cum oraret Dominum: Viam Justificationum instrue me & exercebor in Mirabilibus tuis. *Psalm.* CXVIII. 27. Notandum autem est in Græco D. Pauli Contextu, cum dicitur: *quæ Te possunt instruere*, haberi σοφίσαι; *h. e. sapientem reddere;* quod nimirum nullum sit Sapientiæ genus, quod a Divina Scriptura lumen non accipiat; quemadmodum ea passim ut *Lucerna, Præceptum lucidum, Lux, Via Vitæ & Increpatio Disciplinæ describitur. v. II. Pet. I. 19. Ps. XIIX. 9. C. XVIII. 105. & Prov. VI. 23.*

§. 2.

Jam vero in Sacris hisce Pandectis continetur Jus Divinum, quod Deus ipse constituit & Generi humano servandum immediate promulgavit; estque vel *Morale* vel *Positivum: Morale* ab impositione, unde alias omnis Moralitas, tale nuncupatur, cui Deus bonum & justum esse indidit, & de eo voluntatem hominibus manifestavit; istud namque bonum reputatur, quia Deus sic voluit, quam voluntatem suam post hominem conditum & per Decalogum post Diluvium Mortalibus in memoriam revocavit; *Positivum* vero, quod Populo Israëlitico datum, & cum partim ad Ecclesiam ejus, partim ad Rempl. aut Forum Judæorum spectaret, ab Objecto *Ceremoniale & Forense* appellatur. *v. omnino Dn. Præs. Inst. J. N. & G. L. 1. c. 1. qu. 21. seqq. Rhet. d. L. 1. T. 1. §. 49. seq.*

§. 3.

§. 3.

Quibus positis nullus ambiget, quin & I. Publico ex Sacris Literis magnum affulgeat lumen, diligens vero & accurata earum Lectio, præsertim IV. Librorum Regum (qui Taciti scriptis plane non cedunt!) I. P. Studioso multum Præsidii adferat. Qvamvis enim *Morale*, præcipiens quippe sui natura honesta & prohibens sui natura turpia, tantum nos ad integram obedientiam obliget, ac ex opposito *Ceremoniale & Forense*, cessante Typica significatione, per Christum emortuum sit, *putante Zeppero de LL. Mos. L. 1. c. 1. & 7.* non tamen cessat obligatio ejus, in quantum adhuc Juris Moralis aliquid in se reconditum habet. *Rhet. d. l. §. 50. jung. Grot. L. 1. c. 1. §. 17. n. 3.* Imo cum Deus ipse Rempl. Hebræorum Legibus instruxerit, easque & Bello & Paci accommodaverit, toties significavit potius, quos Regum actus ratos haberet, quos item improbaret. Non equidem negare possum, Jus omne Hebræum, prouti mere arbitrarium fuit, alias Respl. non obligasse; sed ecquid obstat, cur Exemplo illud nobis esse amplius nequeat? *Rachel. d. l. c. 16. Dn. Præs. Inst. J. N. & G. L. 1. c. 1. qu. 44. & c. 2. qu. 1. n. 3.*

§. 4.

Profecto omne omnino Jus a Deo profectum, licet arbitrarium sit, in se nihil habet iniqui; ut adeo, tempore ferente vel dubiis in casibus, Imperantes & Docentes nunquam se resque suas magis tutas præstare valeant, quam si Divinum consulent Oraculum, ac Deum sequantur Autorem. *Dn. Præs. jam d. l. & Rachel. d. l.* Observatum etiam est ab Eruditis, nullum in Orbe terrarum Populum Israëlitico feliciorem fuisse, quamdiu

pro Cynosura Consilia Dei immensa magni fecerit; ac nullum quoque e converso magis deperditum, quam ubi dictam vivendi & regendi normam (quam ipse *Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 20. §. 32. n. 1. it. c. 21. §. 5. n. 1. ibid.* omnium perfectissimam & sapientissimam Legem vocat,) flocci naucique habuerit.

§. 5.

Præsupponit vel maxime ipsum Jus P. Sacræ Scripturæ auxilium, quando determinat, qualis Deus sit colendus, & quis in Cultu Divino modus servandus sit? *v. art. 5. & 7. J. P. & Dn. Præs. L. 1. T. 2. pr.* Huc quoque spectant quæ *ex d. J. Pac. art. 5. & R. J. de A. 1555. de* Religione Imperatoris & reliquorum Procerum disseri queunt; Item eo facit inter alia Litigium, quod DD. circa Vaticinium *Daniel. II. & VII.* de IV. Monarchiis inter sese vertunt. *Dn. Præs. L. 1. T. 5. §. 7.*

§. 6.

Quapropter commiseratione digni sunt Impostores illi Politici, qui Religionis Pietatisque curam vel plane rident, vel insuper habent, quasi vero tanto magis profecissent, Civilibusque Rebus aptiores forent, quo minus Pietatis habeant. Hi Lucii & Pseudo - Politici non minus hoc modo suam ignorantiam quam imprudentiam produnt, merentes, qui ad Anticyras primo omnium relegentur, ut Cerebrum iis purgetur. *Rachel. d. l. c. 6. in fin.* Nam mirandum est, cum ejusmodi homines omnia Utilitatis Stateræ appendere soleant, quod Verbo Divino decentem non adhibeant fidem, atque plane ignorent; Pietatem NB. ad omnia esse utilem. *v. omnino Grot. L. 3. c. ult. §. 1. & Nostrum c. 2. §. 4. h.* secus sentiunt Pii Politici, nec ignorant Pietate & Religione præstantissi-

ſtantiſſimum optimum poſſe ſe præbere Politicum, ſi non ubivis & ubi ad Gehennam etiam feſtinatur, ſaltem ibi & ubi ad Conſcientiæ tranquillitatem & Cœli Beatitatem via ducit. *Rachel. c. 16.* Talis demum perfectus erit homo Dei & ſui Principis. *v. Grot. L. 1. c. 1. §. 17. n. 4.* Uno verbo: ἄρτιος erit; Sic enim a Græcis is dicitur, qui omnibus ſuis partibus conſtat, numerisque cunctis abſolutus eſt, ut NIHIL in eo deſideretur, aut redundet. *J. St. Menoch. Inſt. Polit. L. 1. c. 1.*

Caput Secundum.

De Jure Naturæ & Gentium.

§. 1.

A*dminiculum Alterum* I. P. ex Lege ſcripta Divina connata eſt JUS N. ET G. quod utrumque Deus cordibus hominum inſcripſit; ſiquidem *Jus N.* eſt Jus, quod Deus per rectam rationem inter omnes homines conſtituit propter honeſtatem & turpitudinem, ut ſcil. ea, quæ ſocietati humanæ conveniunt, omnimodo ſequamur, quæ vero eam deſtruunt, Cane pejus & Angue vitemus. *Dn. Præſes Inſt. I. N. & G. L. 1. c. 1. qu. 27. ſeqq. & Grot. L. 1. c. 1. §. 10.* Atque cum ad eadem quoque tendat Jus Divinum Morale, recte *Zepperum d. tr. de LL. Moſ. L. 1. c. 1.* dixiſſe puto, inter hoc & Jus N. non niſi accidentalem ſubeſſe differentiam; puta, quod Jus Divinum Morale ſit Revelatum, Jus Naturæ nobis Connatum. *v. Sect. II. c. 1. §. 2. b.*

§. 2.

Jus Gentium vero est Jus, quod Deus itidem per rectam Rationem inter omnes Gentes constituit, idque tam propter Necessitatem, quam Utilitatem Communem; *Dn. Præs. d. l. qu. 39.* atque sic haud inepte idem referimus ad L. Scriptam Divinam Connatam; licet enim Jus N. & G. inter se differat, ceu ex data utriusque Juris hujus Definitione apparet, non tamen ita differt, ut *illud* nobis tantum sit Connatum, *hoc* vero ex Gentium Voluntate receptum; quemadmodum male describitur *in §. 2. Inst. de J. N. G. & C.* & paulo melius *in §. 1. Inst. eod.* Neque etiam ferre possumus illos & eos inter *Rhet. L. 1. T. 1. §. 53. seq. Grot. L. 1. c. 1. §. 14. It. Rachel. c. 7. per tot.* qui, quod Gentes eo fine & consilio constituerint vel receperint, ut inter ipsas vim obligandi haberet, adeoque Jus Gentium Voluntarium statuunt; quorum alter, nimirum Grotius, aureum suum *Tr. de I. B. & P.* hac labe aspersit, sed & ubique vindicavit *Dn. Præses in d. Inst.* J. N. & G.

§. 3.

Egregium autem usum Jus N. & G. uti in aliis, ita præprimis in Jure P. nostro invenit, & tempore Pacis & tempore Belli, Summo Imperanti utrobique summis vigiliis absolvendo. *v. pr. & §. 1. Inst. Proœm. Illud* namque dictitat, Deum Opt. Max. ut Creatorem Universi & Conservatorem esse colendum, & quod sine Cultu ejus & Religione Respl. salva consistere nequeat. *Grot. L. 1. c. 1. §. 10. & L. 2. c. 20. §. 44. seq. & omnino §. 46. n. 4.* ubi elegantia habet; *Hoc* Commerciorum necessitatem, Legationum sanctitatem, Fœderum utilitatem & numero plura commendat. *Dn. Præs. Inst. I. P. L. 1. T. 2.*

pr.

pr. L. 3. T. 2. §. 70. seqq. Schilter. L. 1. T. 2. §. 1. Grot. d. L. 2. c. 11. §. 12. seqq. & *L. 3. c. 18.*

§. 4.

Principum scil. ante omnia interest Fidem religiose colere, deinde Conscientiæ & Famæ consulere, quibus Imperium stat caditque; cum nequaquam Publico Doctrina prosit, quæ fallendi Artes docet, seu homini hominem, Civitatem Civitati reddit insociabilem. *Rhet. §. 59. Rachel. c. 7. Jung. nostrum c. 1. §. 6. h.* Et ideo Jus P. multa circa hæc singularia in suæ Civitatis propriam Utilitatem ex Jure N. & G. constituit. *v. art. 11. Instr. P. & Dn. Præs. d. l.* Nam ut aliquis sit Ordo Civitatis, per quem Imperium, Consilium, Judicium & quæ id genus forte alia recte constituantur, ab illo Jure est; qua vero forma, quo modo & quibus personis utiliter stabiliatur, humani hactenus Consilii & Arbitrii est. *Rachel. c. 6.* Bellissime Grotius: Humana Jura multa constituere possunt præter naturam, contra naturam nihil. *L. 2. c. 3. §. 6.*

§. 5.

Huc gravis ex Jure P. pertinet quæstio: Utrum Imperator vel alio modo Superior deponi queat? quæ non nisi ex Jure N. & G. decidi potest. *v. Dn. Præs. Inst. I. P. L. 1. T. 9. §. 4. per tot.* It. quæ de Nobilitate toleranda dicuntur *d. L. T. 20. pr. & §. 1. seqq.* Præscriptio Regnorum *L. 2. T. 4. per tot.* Jus Repressaliarum. *L. 3. T. 3. §. 6. seqq.* Votandi. *L. 1. T. 6. §. 15. & L. 3. T. 12. §. 1.* Præcedentiæ Regum &c. *d. L. 3. T. 13. §. 29. præs. §. 38.* Superioritatis Territorialis &c. *d. l. T. 16. per tot.* An Judicium Palatini, quod in Imperatorem exercet, sit contra ejus Majestatem nec ne? *d. l. T. 12. §. 16.* Præter

infinita

infinita alia, quæ infeliciter tanguntur ab eo, qui Jure N. & G. non probe cultus materias ejusmodi J.P. gestit aggredi. *Jung. L. 1. T. 2. §. 1.*

§. 6.

Imo Usus Juris N. & G. universalis est, nec solum J. P. nostro operam dantibus, verum etiam Summæ potestati scitu insigniter necessarium, siquidem quoties inter Germaniam, Orbis Principem & hinc omnium Oculis Invidiæque Vicinorum perpetuo expositam, & alias Respl. de Jure Legationum, Belli & Pacis, Induciarum, Postliminii & his similium Controversia oritur, nulla ex iis, multo minus Nostra, ut Juris & Æqui Vindex, hujus Juris Autoritatem, velut ad se non attinentem, declinare potest, nisi Barbaras inter Gentes suo se facinore & Judiciis reponere, moratiorumque Gentium justam ultionem adversus se provocare malit, *Rachel. c. 7.* cujus asserti veritatem late ac egregie, ut solet, adstruxit *Joh. Jac. Vitriarius* (paternarum Virtutum ex asse, vivo Dn. Parente, heres ac Præceptor meus etiam atque etiam venerandus) *in Oratione Inaugurali*, cum Professoriam Spartam Ultrajecti nancisceretur, *de Usu Juris Publici Universalis habita;* qua de causa ego manum meam de Tabula, appositis saltem Horatianis hisce Metris:

Hoc Opus, hoc Studium parvi properemus, & ampli;
Si Patriæ volumus, si nobis vivere cari.
Item: — — — — — Id quod æque
Pauperibus prodest, Locupletioribus æque,
Æque neglectum Pueris Senibusque nocebit.

Caput

Caput Tertium.

De Jure Civili sive Justinianeo.

§. 1.

Tertium *Adminiculum* J. P. idque ex Lege ſcripta humana eſt JUS CIVILE ſeu JUSTINIANEUM, cujus magna ſemper a tempore Conditoris ſui fuit Autoritas, magnaque Obſervantia. Nam etſi in Oriente obdormiverit, maxime invidia Baſilii, qui Libros Βασιλικῶν compoſuerat, & præterea in Occidente per plurima Secula latuerit; Seculo tamen XII. poſtliminio quaſi Autoritatem ſuam recuperavit. *conf. Schwed. Jus Publ. P. Sp. Sect. 1. c. 6. §. 2. ante fin.* quando ſcil. in Italia, poſtmodum in Gallia, & tandem in Germania fuit denuo receptum, paſſimque alibi rurſus introductum, ceu prolixe nobis monſtrant *Keyſer. in Hiſtor. Juris, Arthur. Duck. Anglus de Uſu & Autoritate Juris Civ. Romanorum per Dominia Principum Chriſtianorum, ac Stryk. in Præc. Juris Univ.* ita ut per totam fere Europam denuo obſervetur. *cit. Duck. L. 1. c. 2. Marq. Freber. in Præf. de Jure Græc. Rom. & Molin. ad conſuet. Pariſ. tit. des Fiefs, num. 110.*

§. 2.

In noſtra Germania illud primo ſenſim ſenſimque invaluit, donec *Conſtitutione Maximil. I. A. 1495.* confirmatum, *Lehm. Chron. Spir. L. 4. c. 21. Duck. L. 2. c. 2. §. 7.* a quo tempore inſtaurationis ſummo quoque ſtudio cultum & fere in Practicis vix aliud nomen, quam Juris

 Civilis

Civilis notum erat. *Dn. Præf. Inst. J. P. Proœm. §. 16. junct. S. 1. cap. un. §. 3. b.* ac inde factum, ut, licet, dum nostri Studium Juris Publici magis serio aggrediebantur, publica a privatis separarent, tamen multa Juri Publ. immixta fuerint, quæ notitiam Privati Juris in ejus Interprete hodie adhuc omnimodo præsupponunt.

§. 3.

Quid? quod ipsi Imperatores in Constitutionibus suis hinc inde ad illud procaverint, atque ferme ut suum agnoverint, uti innumeri Articuli Nimesis Carolinæ comprobant. *Rhet. L. 1. T. 1. §. 76.* Jubentur etiam Cameræ Assessores, ut silentibus Constitutionibus, Statutis, Moribusque Provinciarum, secundum Jus Romanum judicent, & Causas ibi non expressas ex Eodem dirimant. *R. J. de A. 1654. §.* Benebens. *105.* Id quod Juramento polliceri tenentur, *v. Ord. Cam. Tit. 54. & præs. Tit. 57. ibi*: nach des Reichs Gemeinen Rechten *junct. d. R. J. §. 22.* verbis: verbleibet es bey der Disposition Gemeiner Rechten. Quæ causa esse videtur, quod nemo facile in eorundem admissus olim (hodie enim saltem respicitur, quam laudabiliter quis in Musarum & Themidis castris militaverit? *v. d. R. J. noviss. de A. 1654. §. 28.* ubi Quinquennium illud sublatum,) numerum, nisi postquam Jura hæc in aliqua Academia docuerit, aut in eorum Studio quinque annos posuerit. *Duck. L. 2. c. 2. §. 8.* Nam & ipsa Statuta ac Leges Provinciales, quarum quorumve potestatem condendi Status Imperii habent, *Dn. Præf. L. 3. T. 17. §. 3.* ex Jure Communi declarantur, restringuntur ac supplentur. *Gail. Obs. 50. n. 8. Berlich. P. 3. Conclus. 24. n. 9.*

§. 4.

§. 4.

Accedit, quod in Jure hoc multa contineantur, quæ ex Jure N. & G. deprompta sunt, *v. §. 4. Inst. & l. 6. ff. de J. & J.* Hæc quin certum suum in Jure P. usum inveniant, non est dubium, uti nec de iis, quæ a Legislatoribus in Publicas Constitutiones relata legem faciunt; Altioris tantum indaginis Quæstio est: An Jus Romanum, quatenus est adhuc arbitrarium, ad Jus Publ. interpretandum possit adhiberi? & Resp. quod sic; utut ea, quæ jam apud Romanos exoleverunt, & hodierno quoque Statui Reipl. Romano-Germ. minus conveniunt, pro nullis æstimentur. *Rachel. c. 16.* Utimur enim illo saltem in Subsidium & Adminiculum. *Dn. Præs. L. 1. T. 2. §. pen. & Rhet. L. 1. T. 1. §. 47. junct. §. 6. h. cap.*

§. 5.

Juxta cetera autem utiliter in Jure P. se exserit Jus Romanum v. g. in Quæstionibus: An Illustres Imperii nostri pactis hereditatem sibi invicem deferre possint? An Principes Imperii Tutorem Testamento Liberis dare queant? It. de Testamentis Principum; de Jurisdictione Cameræ: an sit Delegata, an Ordinaria? *Dn. Præs. d. l. & L. 3. T. 11. §. 5. junct. L. 4. T. 6. seqq.* De Domicilio. *d. L. 1. T. 5. §. 3.* De Infamia Juris & Facti *d. l. T. 6. §. 7.* de Venia ætatis *L. 3. T. 2. §. 20. seqq.* de Nundinis *d. l. §. 40.* de Mandatis. *L. 1. T. 2. §. 14. T. 6. §. 7. post pr. & præs. L. 3. T. 17. §. 20. seqq.* de Rescriptis *d. T. 17. §. 24.* de Archivis, *ibid. §. 39. seqq.* de Jurisdictione *d. l. §. 44. seqq.* de Interpretatione Privilegiorum *d. l. §. 68. seq.* statutorum *d. l. §. 4. seqq.* de Pœna contra prohibitionem Venantium. *d. l. T. 18. §. 19.* de Emigratione, Detractione, Collectis &c. *d. l. §. 56. seqq.* de Actionibus J. P. *L. 4. T. 19. per tot. junct. L. 3. T. 18.*

§. 60. in fin. add. Rhet. L. 1. T. 1. §. 71. ut jam præteream Nullitates insanabiles (*de qu. in d. R. J. de A. 1654. §. 22.*) Usucapiones, Præscriptiones, Sequestrationes, Fines Regundos, Hospitationes, Onera Realia, Personalia & Mixta, Jura meri mixtique Imperii, Munera, Honores, Magistratus, aliaque plura apud *Schweder. P. G. c. 1. §. 4. & Rachel. c. 16. circ. fin.* quæ tam ex Politica, quam Jure Civ. quoque quadantenus lucem sumunt.

§. 6.

Quo circa neutiquam approbationis calculum merentur ii, qui 1.) vel sinistre Juri Publ. applicant Jus Privatum: Exempla horum *v. apud Dn. Præs. L. 1. Tit. 12. §. 10. med.* circa Matriculam; *L. 3. T. 2. §. 35.* circa Durationem Moratoriorum; *d. l. T. 17. §. 4.* quando scil. Civitates Imperii cum antiquis Romanorum Municipiis comparantur &c. 2.) vel Juris Romani Decempeda Causas Publ. promiscue metiuntur; utraque quippe classis metas Adminiculi (*v. §. 3. & 4. in fin. h.*) egreditur, nec magna non mala & incommoda Reipl. nostræ graviter minatur, *arg. eorum, quæ dixi Sect. 1. c. un. §. 6. h.*

§. 7.

E diverso qui Prudentia Civili pollent, rerumque nostrarum peritiam habent, provide dispicient, an Juris Romani Publici, quod forte ostentatur, nostræ res sint capaces, ut pro earum Norma admitti possit: Deinde, an Usus illud approbaverit, & in quantum? Media enim, quæ in omnibus aliis, maxime vero hic tutissima est, via incedendum, sic ut Juri Justinianeo non omne, neque plusculum, & quoque, ne nihil tribuatur; Omnium autem optimum est observasse πολυθρύλλητον illud: UT

NE

NE QUID NIMIS! *v. Dn. Præf. L. 1. T. 2. §. pen. Rhet. d. l. §. 70. præf. §. 74. seq. & Rachel. c. 16.*

Caput Quartum.

De Jure Canonico.

§. 1.

Q*uartum* J. P. *Adminiculum*, & quidem ex Lege scripta humana, est JUS CANONICUM, vulgo Simia Juris Civilis appellatum, quia in plerisque illud imitatur, in multis retinet, in quibusdam duntaxat ab eo abit. Nimirum quemadmodum Prætores olim apud Romanos amplitudinem Jurisdictionis suæ ubique demonstrare annisi sunt; simili modo & Pontifices Romani propria sibi Jura, prorsus ad exemplar Legum, condiderunt, eaque ad Negotia Civilia applicari curarunt, ut hoc modo potentiæ Regibus non inferioris ederent Specimina & Hierarchiam Romanam eo firmius sibi assererent. *Gerb. a Mastricht. Histor. Jur. Eccles. §. 257. seqq. & Stryk. in Præcogn. Jur. Univers. c. 8. §. 9. & Rhet. §. 97.*

§. 2.

Verum enimvero licet nos, quæ est Æterni Numinis Voluntas! haud succumbamus Hierarchiæ Papali, & ipsi Principes Romanenses, elapsis certorum temporum periodis, ex eadem bonam partem se exuerint, ut adeo ex Tripode illo, quem habent, infallibili Leges petere vix neutri teneamur, liberrima tamen receptione Jus

Canonicum inter omnes fere Imperii Status in tantum invaluit, & in Fora Germaniæ se insinuavit, ut nonnulli dubitaverint, utrum hujus, an Juris Civ. Autoritas nos penes præstet? Ad minimum Dn. Thomasius defendit, Jus Can. utpote aliquot Secula jam ante Jus Romanum in Fora Germaniæ introductum, adhuc magis in usu esse, atque Justinianeum, etiam in ipsis Protestantium terris. *Vid. ejusd.* Grundlehren *P. II. c. 7. p. 166. & Hist. Jur. Civ. p. m. 73.*

§. 3.

Sive hæc sint, sive minus, hoc constat 1.) quod inter Jus Can. & Civ. in dubio non sit statuenda Differentia; 2.) quod in Causis Ecclesiasticis & Conscientiarum ut & Processus præferatur Juri Civili; 3.) quod in reliquis Causis attendatur, si Jus Civ. de aliquo Casu aut plane nihil aut obscure disposuit. *Lauterb. in Præf. Comp. ff. ibique cit. Dd. Jung. Dn. Hildebrand. Disput. de Prævalentia Juris Can. præ Civ. in Foro; ubi hæc laxius prosecutus est.* Neque diffitendum est, egregia, præter Civilia, in eo Jure inveniri, non tam quæ ex Patribus passim excerpta, inque Decretum relata sunt, verum quoque quæ ad Processuum Abbreviationem apprime faciunt. *v. Francisc. Duaren. de Sacr. Eccles. Minister. ac Benef. in Præf. & B. Dn. Linck Comm. ad Decretal. in Discurs. Prælim.*

§. 4.

Hinc non mirum est, cur Mandatum fuerit quondam, hoc Jus observari, *teste Goldasto in Opere* der Reichs-Satzungen *P. II. c. 15. verbis:* Wir gebiethen auch vestiglich, daß man in allem Röm. Reich in Geistlichen Dingen nach Geboth und

und Rath der Ertz-Bischöffe sich habe, und jeglicher Bischoff oder Ertz-Priester nach Geistlichen Recht richte. Idem occurrit *in R. I. de A. 1287. ap. Lehm. L. 5. Chron. Spir. c. 108.* &, qui ex eod. refert, *Conring. in Tr. de Orig. Juris Germ. c. 26. vers. indubie agitur.* Præterea quoque Cameræ Assessores, qui initio & nunc adhuc Jurium Communium rationem habere jussi sunt, ad Canonicum æque ac Cæsareum, veluti Praxis attestatur, respiciunt. *v. quæ dicta c. 3. §. 3. h. add. Furstner. de Suprem. c. 25. & 28.* Imo ipsissimæ Constitutiones Imperii non raro ad idem provocant; v. g. *Instr. P. Osnabrug. art. 13. §. 6. verb. Ordinationi Juris Canonici.* It. præter alias Capp. *Leop. & Joseph. in fin. verb.* Geist- oder Weltlichen Rechten. *Rhet. d. l. §. 68.*

§. 5.

Ita ex Jure Canonico explicamus ac intelligimus ea, quæ in Jure Publ. dicuntur de Officio Missæ *v. Dn. Præf. L. 1. T. 6. §. 14.* de Sede vacante & Capitulo *d. l. §. 5. & 6. junct. T. 4. in fin.* De Infula *d. §. 5. & L. 4. T. 1. §. 19. seq.* de Pallio *L. 1. T. 15. §. 30.* de Archiepiscopis eorumque Suffraganeis *d. l. §. 2. seqq. & §. 12. seq.* De Clericis *§. 14.* Prælatis *§. 15.* Abbatibus *§. 16.* Præpositis *§. 17.* Abbatissis *§. 18.* Collatione Beneficiorum *§. 23.* Annatis *d. l. & §. 24. seqq.* Electione & Postulatione *§. 27. seq.* Ordine, Lege Diœcesana &c. *§. 29.* Commendatura *T. 21. §. 6.* Jure Metropolitanatus *T. 15. §. 19. ac L. 3. T. 10. §. 23.* de Procuratione *d. l. T. 19. §. 109. seq.* & sic porro aliis.

§. 6.

Ex hisce liquet, quam utile sit, sed & quam necessarium, Juris Can. Studium, quo spreto vix erit, ut Controversias

versias Juris P. felici Marte suscipiamus, ne dicam in Jure Civ. sæpe inanem quoque operam impendamus. *Rhet. d. l. §. 72. seq.* Utrumque certe jam ita cohæret, ut sine utroque nemo possit dici JCtus, & utrumque Jus penitus ignoret, qui alterutrum tantummodo se scire contendit. *Duck. d. Tr. L. 1. c. 7. §. pen.* Quamobrem etiamnum post Reformationem apud nos DD. Utriusque Juris, Civil. & Canon. non sine causa creari censemus *cum Zieglero in Diss. de Orig. & Increm. Jur. Can. Thes. 68.*

Caput Quintum.

De Jure Feudali Longobardico.

§. 1.

Q*uintum* J. P. *Adminiculum* est JUS FEUDALE LONGOBARDICUM, varias hactenus apud Gentes receptum. Nam quanquam diversis Consuetudinibus Feudalibus usi fuerint Gothi, Vandali, Alemanni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, Nationes omnes Germanicæ; Longobardicæ tamen per Obertum de Orto & Gerh. Nigrum Capagistum circa A. 1152. compositæ in Regno Italiæ (cujus in Libris Feudorum passim fit mentio) eo modo prævaluerunt, ut hinc & inde pro norma Juris & Nexus Feudalis in Subsidium fuerint adoptatæ, & hac ratione nomen Juris Feudal. Communis promeruerint. *Rosenthal. de Feud. L. 1. c. 1. conclus. 7. Rachel. c. 7. Molin. ad Constit. Paris. Tit. des Fiefs, num. 16.*

§. 2.

§. 2.

Fuerunt quidem à Biga illa Virorum dictorum privato auſu conſcriptæ hæ Conſuetudines, at vero eo non obſtante tantum abeſt, ut Populi Europæi eas negligerent, ut videamus & in præſentem uſque diem, quatenus eorum Jura Feudalia vel plane nihil, vel perobſcure conſtituerunt, receptas, ut jam inter partes Juris Civ. Romanorum collocentur & Libri Feudorum habeantur inter Libros Juris Romani, atque ita poſt Novellas Juſtiniani Conſtitutiones Decimam quaſi Collationem conſtituant. *v. Bald. in Prælud. Feud. num. 4. & Jas. ibid. Cardinal. Tuſch. Concluſ. 590. & præf. Matth. Steph. in Proœm. Novell. n. 56. add. Schilter. Inſt. I. P. L. 1. T. 2. §. 13.*

§. 3.

Hi Feudorum Libri primitus in Bononienſi Celebri quondam Academia publice docti tractu temporis in plerisque pariter Academiis prælecti ſunt, nec minus in omnibus pene Curiis Orbis Chriſtiani ad Cauſas decidendas non inutiliter adhibiti; Romani deinceps etiam Pontifices iisdem magnam Autoritatem in Foro Eccleſiæ concesſerunt. *Roſenthal. d. l. concluſ. 9.* Quo tandem accidit, ut JCtis eos ubique locorum publice profitentibus Commentariis illuſtrari & in Controverſiis dijudicandis accuratius allegari, continuoque increſcere, tacito quodam impetu, cœperint. *Duck. L. 1. c. 6. §. 7. junct. §. 3. ibid.* ubi Veterum in Libros Feudal. Commentariorum & Gloſſarum bonam enarrat partem; De novioribus ſalva res eſt!

§. 4.

Nos, quod Germaniam attinet, hoc Jus Feudale Longobard. eo majori fiducia Adminiculum Juris Publ. noſtri ſtatuimus, quo magis conſtat, & Cameræ Aſſeſſores, poſt

Patrias Leges & Consuetudines, juxta idem pronuntiare debere. *v. nostrum c.3. §.3. b. ibique cit. Ord. Cam. junct. Fürstner. de Suprematu c.25. & 28.* inprimis etiam quod Constitutiones Imperii non minus ipsæ se eo referant *e. g. in art. 4. Cap. Leop. & Ioseph. ibi:* denen Reichs-*Constitutionen* und Lehns-Rechten gemäß.

§. 5.

Nam etsi Nexus inter Dominum & Vasallum, Jura Feloniarum, Investituræ necessitas, Fatalia eam petendi, modi amittendi Feuda, Jura Successionum & longe alia plura, *de qu. §. seq. h.* ex isto Jure accersantur, non tamen hoc fit in modum Principii, multo minus Legis, sive Speciei J. P. dum Jus Publ. qua tale ex eo non potest dici constare, quoniam pleraque in modum tantum Juris Privati sese habent, & sic valent, qua Reipl. Germ. Forma & Patria ferunt Jura, h. e. in vicem Adminiculi. *Rhet. d. l. §. 77.* Quamvis alias inter Germaniæ Ordines & Exteros ratione Successionum Feudal. Fidelitatis & aliarum rerum Feudal. majus quid & Vinculum quoddam Commune post Jus N. & G. præ se ferre videatur. *Rachel. c. 7. post med.*

§. 6.

In Jure Publ. igitur ex eo Jure dignosci debent, quæ proferuntur de Feudis Regalibus, dignitatem quasi Regalem annexam habentibus, quæ si tollas, totum Imperium nostrum sustuleris. *v. Schwed. P. G. c. 1. §. 14. post med. & Dn. Præs. L. 2. T. 1. §. 2. seqq.* Item de Jure investiendi *L. 1. T. 6. §. 5. circa fin. T. 15. §. 22. & d. L. 2. T. 1. §. 4. seqq.* De Seniore *d. l. §. 10.* Vasallo & Milite *§. 11.* Felonia *§. 12.* Renovatione Investituræ & Collatione Feudi *§. 9. & 15.* de Feudis Apertis. *§. 16.* Vasallagio *§. 20.* Literis Investituræ *§. 21.* Laudemio *§. 22.* de Castrorum Apertura, Intrada, *T. 5. §. 8.* an

an Legitimati in Feuda succedant? *Lib.3. T.17. §.103. junct. ibid. T.2. §.15.* An Agnatorum ad hoc Consensus necessarius? *d.l. §. 16.* de Paribus Curiæ *§. 64.* An Mutus, Surdus, Cœcus, &c. in Feuda succedant? *T.11. §. 2. post med.* de Pœna contra Mandatum Principis venantium *T.18. §.19.* de Albergaria ac Advocatia *T.19. §. 106. seqq. junct. L.1. T.6. §. 10.* & ita passim aliis.

§. 7.

Quamobrem nemo non satis poterit esse certus, si vel Controversias Publ. Feudal. de Regnis, Ducatibus ac Principatibus &c. de præstandis Servitiis Pace aut Bello, variisque Vasallorum Conditionibus, Successionibus, Præscriptionibus, Alienationibus, Feloniis commissis, Judiciis Feudalibus, Actionibus Feudorum nomine competentibus, & similibus in Jure Publ. occurrentibus diligentius paulo consideret. *Schwed. P. G. c. 1. §. 14. Rachel. c. 7. & Rhet. in Comm. ad Jus Feud. Comm. Proœm. n. 79. seq.*

Caput Sextum.

De Politica.

§. 1.

Perlustratis huc usque *Adminiculis* J. P. *Legalibus* jam aggredimur ejus *Vulgaria*, inter quæ, præter Historiam, (de qua *in seq. cap. 7. b.* sollicitus ero) maximum est POLITICA, insignis Prudentia, quæ bene administrare Rempl. & ut felicitate Civili fruamur, commonstrat; nata cum ipsa Vitæ Civilis Origine & ab omni tempore enixe culta, simul ac primi Patresf. ex Pacto quodam in Civitatem coiërunt. *v. Dn. Præs. Inst. I. N. & G. L. 2. c. 5. qu. 34.*

§. 2.

Oſtendit hæc Politica quippe veram Civitatis Structuram atque media ſufficientia vivendique commoditatem ſuggerit, cum Magiſtratus & Subditos ordinat, Societates Majores & Minores, veluti Conjugalem, Paternam & Herilem conſtituit, cum Species Rerumpl. ſive Monarchiæ ſive Ariſtocratiæ, ſive Democratiæ ſive Status mixti diſponit, & dirigit, cum Regalia Immanentia, ut vocant, & Transeuntia circa Sacra & Profana ſuppeditat, & neſcio quæ cuncta ſalubria, veluti ex amplo penore, ad Salutem Civitatis circa Imperium, Conſilium & Judicium, prout Ariſtoteles ait, proferre ſolet; & hinc tam arcto Vinculo Politica (juxta Philoſophiam Moralem) cum Jure N. & G. connexa eſt, ut dubitaveris, utrumne hoc ab illa aut vice verſa ſeparationem patiatur? Nec adeo ullum latebit, quod, quanto propiori in confinio Politica Juri Publ. adhæreſcit, tanto major quoque ejus Studii reputetur inter omnes Neceſſitudo. *Rachel. c. 16.*

§. 3.

Sciendum tamen non minus eſt, Jus Publ. a Politica differre; *hæc* videlicet, quomodo Jus Publ. alicui Civitati præſcribendum & Leges ipſæ pro captu Status formandæ ſint; *Iſtud* vero, ſi pro Lege ſumatur, in Legibus pro conditione Status jam latis conſiſtit; ſi vero pro parte Jurisprudentiæ ſupponatur, Leges & Conſtitutiones Reipubl. juxta Doctrinam Artis interpretari & deinde ad factum emergens rite applicare docet. *Rhet. §. 66.* Et ideo male agitur, cum utrumque inter ſe confundunt, nec ab invicem diſtinguunt; Errore enim hoc lapſi Politici Juris Publ. tractationem ſartam tectamque ſibi ſolis ſervari voluerunt, quos idcirco refutavit *Dn. Præſ. in Inſt. I. P. Proœm. §. 16. per tot. & L. 1. T. 1. §. 10.*

§. 4.

§. 4.

Adminiculatur Politicaiis, quæ in Jure P. inter cetera narrantur de Personis Imperantium & Parentium, *Lib. 1. T. 3. per tot. junct. Tit. 19. per tot.* de Modo perveniendi ad Imperium, *T. 6.* An melius sit, Imperatorem nasci, num eligi? *d. T. 6. §. 3.* An idem ex Capitulatione teneatur per modum Legis, an vero Pacti? *T. 7. §. 4.* An Capitulatio deroget ejus Majestati? *§. 5.* An faciat eadem Statum Imperii mixtum? *§. ult.* De Divisione Statuum Imperii, *T. 12. §. 2. & omnino L. 2. T. 6. §. 30.* De Renovatione Præfectorum in Urbibus Imperii, *L. 1. T. 18. §. 14.* De Mixtura Imperii, *T. 19. §. 2. junct. h. c. §. 8.* De Juribus Imperii Independentibus, & Dependentibus, *Lib. 3. T. 1.* præsertim de Superioritate Territoriali ejusque Speciebus, *T. 13. §. 10. T. 15. §. 6. seqq. T. 16. seqq.* præter alia longe plura.

§. 5.

Huc etiam inclinat intricatior Politicæ Species, quæ mox aliis STATISTICA, mox aliis iterum RATIO STATUS appellatur; estque 1) vel Medium Extraordinarium, quo pro tempore & Momentorum occasione Boni Publ. causa Negotia incidentia quomodocunque expediuntur: quem modum Itali excogitasse & non raro ad quædam iniqua, sub prætextu & speciei Publici Commodi vel magni alicujus Exempli, applicuisse creduntur; 2) vel rectius: Causa & Ratio justa, quæ Statum Reipl. in hunc aut istum modum genuini publicique boni gratia flectit & accommodat. *v. Rhet. §. 67. & Schilter. L. 1. T. 1. §. 1. in fin.*

§. 6.

Prior valde hodie multis Orbis Proceribus familiaris est, præcipue tamen Gallis, qui in nefandas illas Veterum quorundam Sententias Iovem quasi, ut ajunt, Lapidem jurarunt;

 quæ

quæ ſunt: Regi aut Civitati Imperium habenti nihil injuſtum, quod utile: In ſumma fortuna id æquius, quod validius; & Rempl. ſine Injuria regi non poſſe. *Rachel. c.3.* Altera Patriæ noſtræ & paucis adhuc aliis terris, quæ regnandi avaritiam habendique libidinem deteſtantur, communis eſt, teſte vel ipſa Experientia, rerum cunctarum Magiſtra.

§. 7.

Ad Rationem vero Status, quæ in Jure Publ. & S. R. Imperio regulariter locum habet, ſibique vindicare perpetuo poteſt, haud immerito retulerim Electionem Regis Romani, propter evitanda Interregna, plerumque periculoſa. *Dn. Præſ. L. 1. T. 10. §. 3. ſeqq.* Item quæ de Præfectis Urbium Imp. eorumque præprimis Renovatione ſuadentur *T. 18. §. 14.* Nec non de Revocatione Privilegiorum *L. 3. T. 17. §. 73.* ut & Tractatus de Bonis & Malis Imperii, *de qu. L. 4. T. ult. v. omnino Rachel. d. c. 3. id quod de Ratione Status inſcripſit; & præ omnibus aliis Textor. Prof. quondam Altdorff. in egregio Tr. de Vera & Varia Ratione Status Germaniæ Modernæ; ubi Cedro digna reperire licet.*

§. 8.

Ut autem ad Politices Utilitatem in Jure P. aſſertam revertar, monuiſſe denique ſufficiat, Majorem Propoſitionem, ut Logicorum Scholæ loquuntur, ſæpiſſime peti ex Politicis, Minorem e converſo ex Jure Publ. v. g. In quacunque Repl. Subjecta Majeſtatis ſunt diverſa ac mixta; iſtius Forma eſt mixta; Atqui in Repl. Romano-Germ. Subjectum Majeſtatis Exiſtentiæ ſunt diverſa & mixta, *v. art. 8. §. 2. Inſtr. P.* Ergo &c. *Dn. Præſ. L. 1. T. 2. §. 3. & T. 19. §. 2. jung. Grot. L. 1. c. 3. §. 17. n. 1. & 2.* Quæ ſingula cum ita ſint, ullum fugere nequit Studii Politici Elegantia, quod ſibimet ipſi, ut alias de Virtute adſtruitur, pulcherrima merces eſt; quemadmodum

admodum

admodum jam olim eo allusisse censeo *Plutarchum in Catone Majore ajentem:* τῆς πολιτικῆς ἄνθρωπος ἀρετῆς ἐ κτᾶται τελειοτέραν.

Caput Septimum.

De Historia.

§. 1.

Alterum I. P. *Adminiculum Vulgare HISTORIA* est, Ars & Scientia vix satis superque laudanda, qua mediante ab omni tempore Dicta & Facta in Scena quadam, una cum Personis, quibus ea adscribi possunt, cunctorum oculis exponuntur; & uti elegans & jucundum ejus Studium, ita quoque difficile est & sic ferme comparatum, ut vix ac ne vix quidem unius hominis ætas probe sufficere huic videatur. Nam omnia admittit, quæ Publicis ac Privatis in rebus aliquando prodesse & Posteritatem sublevare queunt. Proinde a Vossio definitur: Cognitio Rerum Singularium, quarum Memoriam conservari utile est ad bene beateque vivendum.

§. 2.

Atque ita qua talis est, sive sit *Profana* seu *Civilis* sive *Ecclesiastica*, utraque vel *Universalis* vel *Particularis* (de ceteris enim ejus Speciebus, quas alii statuunt, fere innumeris haud anxius sum) nullum quoque non usum præstat in Jure P. nostro toties totiesque per vicissitudinem Status Reipl. R. G. prævalente temporum necessitate mutato. *Dn. Præs. L. 1. T. 2. §. 4. seqq. & Rachel. c. 4.* Nam præterquam, quod intrinsecus ei, ut Ilija Codro, intestina sæpius tacta fuerint, magnam non raro tot Invasionibus Exterarum Gentium, nec minus ausu Papali, mutationem heu! Respl. nostra

nostra perpessa est; Imo, dummodo præsentem ejus, intra quam vertitur, Orbitam diligentius paulisper consideraveris, quantasne Rebus ejus & Juri Publ. vices ex sola Gallia invida & infida provenisse & adhuc provenire, si Diis placet, deprehendes?

§. 3.

Enimvero vindicat sibi in Jure Publ. Historia locum æque ac illustrat ea, quæ ibidem habentur de Pace Religiosa & Profana. *Dn. Præs. L. 1. T. 2. §. 13. it. T. 15. §. 26. & Schwed. P. G. c. 3. §. 9. seqq.* Instrumentis Pacis. *Dn. Præs. d. T. 2. §. 16. & Schwed. d. l. §. 27. seqq.* variis Imperatoris Titulis. *Dn. Præs. d. l. T. 4. §. 1. seqq.* de Translatione Imperii Romani per Carolum M. in Germanos *§. 4. seq.* Lege Salica. *T. 5. §. 1.* variis circa Modum perveniendi ad Imperium. *T. 6. §. 1. seqq.* ut & circa Convocationem ad Electionem Imperatoris *d. l. §. 5.* de Coronatione Romana & Lombardica *T. 8. §. 2. med. & §. 8. seq.* Abdicatione ab Imperio, Resignatione, Depositione. *T. 9. per tot.* de Concordatis Nationis Germanicæ inter Frid. III. & Nicol. V. initis. *T. 15. §. 23. seqq.*

§. 4.

Similiter Historiæ assurgunt varia adhuc Incrementa ac ORIGINES, veluti Recessuum Imperii &c. *Dn. Præs. L. 1. T. 2. §. 10. seqq. junct. L. 4. T. 1. §. 88. seq.* Insignium Imperii *T. 5. §. 9.* Capitulationum *d. L. 1. T. 7. pr. & §. 1.* Vicariorum Imperii *T. 11. fere per. tot.* Matricularum *T. 12. §. 3. & 5.* Expeditionis Romanæ *§. 7. & seq.* Electorum *T. 13. §. 3.* Cancellariorum. *T. 14. §. 6. seq.* Archi-Officiorum *§. 15.* Episcoporum & his similium *T. 15. §. 2. seqq.* Ducum &c. *T. 16. §. 1. seqq.* Comitum, ut Land March-Pfaltz-Burg-Cent- & Rau-graviorum. *T. 17. pr. §. 1. & multis subseqq.* Baronum. *§. 18.* Civitatum Imperii *T. 18. §. 3. seqq.* Præfectorum Imperialium *§. 6. seqq.* Statuarum Rolandinarum *§. 15.*

Nobilium *T. 20. §. 3.* Equitum & Ordinis Teutonici &c. *T. 21. per tot.* Landsassiorum & Psalburgerorum *T. 22. per tot.* Monachorum *L. 2. T. 1.* Avulsionum ab Imperio *T. 3. 4. & 5.* Divisionis Imperii *T. 6. §. 4.* Titulorum: Neven und Oheim. *L. 3. T. 9. §. 2. seq.* ut & scribendi: Wir von Gottes Gnaden. *§. 4. seqq.* Pactorum Ganerbinatus & Confraternitatis, *T. 20. §. 84.* Academiarum *L. 4. T. 10. per tot.* &c. &c.

§. 5.

Quod adeo in ceteris Juris Disciplinis Ratio præstat, id Historia hic loci suppeditat; Justitiæ namque semina, a Natura hominibus insita, usu Rationis excutiuntur: Ius vero Publ. nostrum, præsertim olim propemodum nulla Lege comprehensum, non ab alio ferme Principio accersitur, quam a longæva Consuetudine; quæ inter cetera quid est, quam Antiquitatis Germanicæ Historia? *Rhet. §. 63.* Ex hac proinde cum ea, quæ Literis postea comprehensa, sed dubia sunt, decidi, tum reliqua hauriri atque exponi oportet. *Rhet. §. 64. & Coccej. Juris Publ. Prud. in Monit. ad Lect. n. 1.*

§. 6.

Quo minus ergo circa hanc rem est dubium, eo necessarium magis & utile Juris Publ. Interpreti ac Studioso est legisse probatos tam Vicinarum quam maxime Nostrarum Rerum Scriptores; ne Adminiculo Historiæ privati Andabatarum more agant meracoque cœcutiant die, donec ab aliis ad lucem & Rationem reducantur. Notatur eodem modo Error Blondelli *apud Dn. Præs. L. 1. T. 4. §. 5. circa fin.* Item Autoris Chronici Belgici *T. 8. §. 1.* & plurium. Hinc quoque Constitutiones Imperii huic Cacoëthi obviam ire obicemque ponere constituerunt ac insimul Studii Historici necessitatem ipsæ, ni fallor, quodamodo commendarunt. *v. Ord. Cam. P. 1. T. 3. §. 1. in verbis:* aus den Reich Teutscher Nation

 geboren,

gebohren, DERSELBEN HERKOMMEN, löblicher Gebräuche und gute Gewonheit kundig. *Rhet. d.* §. *64.* Quamvis propterea Studium Juris Publ. ad Historicos referendum esse nequaquam censeri oporteat. *v. Dn. Præs. L. 1. T. 1.* §. *9.* & *10.*

Caput Octavum.

De Geographia, Chronologia, Genealogia, Heraldica &c.

§. 1.

Sunt hæ Disciplinæ potiora Historiæ Subsidia; & quo minus ex Historia exulare queunt, eo magis eorum Usus in omni Studiorum genere, præsertim vero in nostro Jure Publico, viget. Cum vero de Historia *in Cap. præc. h.* quædam edisseruerim, supervacaneum jam existimo de hisce Adminiculis longius extra oleas vagari, cum præstet multa paucis includere. Quamobrem, quantacunque sint, hoc Capite animus est ipsa absolvere & per Enunciationem *Notitiæ Autorum* Coronidem Opusculo huic imponere.

§. 2.

Est autem GEOGRAPHIA, & quidem quatenus circa Divisionem Terræ occupatur, *Tertium* J. P. idque *Vulgare Adminiculum*, ab Eruditis Alter Historiæ Oculus appellatum. *v. Rhet.* §. *48.* & *63.* Terræ nempe Superficies non solum a Natura, sed etiam ab Arbitrio humano certas in partes distributa est, & (quemadmodum olim per Migrationes Gentium jam factum est,) quotidie Bella, Turbæ, Pactiones

& id

& id genus alia Regna nunc jungunt, nunc separant & in diversa abire jubent. Unde *Grotius in Proleg. Histor. Goth.* vetustissimis, *inquit*, temporibus naturales fuere termini Regnorum, quos postea Bella, Pactiones, Affinitates mutarunt. *Jung. Idem de J. B. & P. L. 2. c. 3. §. 15. seqq. & Rachel. c. 13.*

§. 3.

Nam uti sæpe Gentes sedes suas mutarunt & Populi Populis successerunt; ita & Nomina & ipsi Fines Regionum mirum in modum mutasse videas. *Rachel. d. l.* Quæ causa est, quod Veterum nonnulla Scripta Historica intellectu sint difficillima & non raro Situs Regionum quoque obscurus sit, nisi hic & illa ex Geographia illustrentur; qua in re Philologis, seu, ut magis audire gestiunt, ipsis Criticis, ne dicam quibusvis aliis promiscue Lectoribus, non una Crux figitur: Exemplo tantum sint Classicorum, ut vocamus, Autorum Opera; ut mirandum, eorum quædam Juventuti tenerrimæ in Scholis obtrudi, quæ vix ætate provectiores sæpe capiunt.

§. 4.

Quicquid sit, Geographiæ immensus est usus ac Juris Publici etiam Germanici Cognitionem haud parum adjuvat. *Rhet. d. l. & Rachel. d. l.* Huc spectat Disquisitio de Limitibus Regni Germanici, Longobardici atque Romani. *v. Dn. Præs. L. 1. T. 4. §. 4.* Orientalis & Occidentalis. *d. l. §. 5.* Per quos Ditionum tractatus Vicarii Imperii Saxo & (olim Bavarus, hodie) Palatinus, ceterique Vicarii speciales v. g. Mediolanenses, Mantuani, Sabaudi &c. potestatem suam exercuerint? *T. 11. §. 2. seqq.* Quousque officia sua Archicancellarii Imperii? *T. 13. per tot.* Qua ratione Classes Nobilium huc illuc divisæ? *T. 20. §. 9. seqq.* Quor-

ſum & refertur ampliſſima Exemtionum circa varias Regiones & Regna materies, *de qu. L. 2. T. 1. §. 8. T. 2. 3. 4. & 5. per tot.* Item Diviſio Imperii tam antiqua quam moderna, per Circulos &c. *T. 6. per tot.* An quondam Bohemia ad Germaniam pertinuerit, nec ne? *L. 3. T. 12. §. 5.* Ut jam prætercam longe plura numero ſuo propemodum tædioſa, quæ de Expeditionibus Cruciatis, ut & Bellis Profanis, conditis Pacis Inſtrumentis & id genus aliis ad Geographiam prorſus non obtorto collo trahi queunt.

§. 5.

Quid? quod Geographiæ Notitia nobis adhuc perpetuo opus eſt, quando deliberatur, qua ratione Bellum vel gerendum, vel ſuſtinendum; quomodo Regionis cum aliarum rerum, tum maxime Legum Præſidiis ſit armanda cuſtodia; quam longe lateque ſe porrigeat Jurisdictio Territorialis; quo pacto cum Vicinis ubique Finium Regundorum Judicium inſtituendum; & quemadmodum tandem Commercia & faciliora & frequentiora ſint reddenda, judicandum ſit? *Rachel. d. c. 13.* Satis idcirco dictum eſto de hoc adminiculandi in J. P. Axiomate Geographico, ex quo uno quantas laudes promeruerit *Conring. ob Tr. de Finibus Imperii* a ſe, in lucem publicam miſſum, ecquis eſt hujus rei neſcius?

§. 6.

Quartum J. P. Vulgare *Adminiculum* eſt CHRONOLOGIA, Scientia temporis diſtincti & ad uſus humanos diſpoſiti. Utut ea Mathematicos potius pertinere videatur, quatenus vel *in genere* de Minutis, Horis, Diebus (Naturalibus, Artificialibus Civilibusque,) Hebdomadibus, Menſibus & Annis; ac *in ſpecie* de Æris, Epochis & variis temporum per varia Calendaria ut Emendatum, Gregorianum, Julianum, Judaicum, Turcicum, Olympiadicum

&c.

&c. distributorum Periodis agit; quatenus tamen Historiæ Subsidium est, huc omnino referendum erit, præsertim cum Historia ut simplex Rerum Enarratio, sine Computatione Temporis, quo acciderint, non mereatur applausum; id quod vel ipsi Historici abunde satis norunt, hinc utramque sedulo nectentes. Exemplum præbent præter alios Libros Historicos τὰ Chronica.

§. 7.

Chronologia ergo in J. P. indigemus, ut certo certius sciamus, quo tempore hoc vel illud factum sit, quo Anno, quo Die, quo Cos. quo Imperatore? *v. Pfeffinger. ad Dn. Præs. L. 1. T. 2. §. 6. Lit. H. n. 2.* nihil enim non fit in tempore, etsi ex tempore nihil fiat. *Grot. L. 2. c. 4. §. 1.* Itaque χρονολογικῶς scire interest, v. g. quando Longobardi occupaverint Italiam; quando Romanum Imperium accesserit Germanico? *Pfeffing. d. l.* quando Expeditio Romana cœperit & desierit? *Dn. Præs. d. L. 1. T. 12. §. 7. seq.* Et ne dicta dicam aut scripta scribam, paucis habeto: Cuncta hoc modo considerari queunt, quæ retuli *ex J. P. in c. 7. hic §. 2. & seqq. quos videsis.*

§. 8.

Tanto autem magis Chronologia in Rebus ad J. P. pertinentibus, atque accurata earum, cum Expressione temporis sincera, Consignatione opus est, quanto notabiliores existunt res, quæ geruntur aut eveniunt, & quanto illustriores Personæ sunt, quarum Causa ventilatur. *Rachel. c. 14.* Sic memorabilis Lis est, quæ de Natalibus Frid. II. ejusque Matre Constantia &c. ex sola Chronologia Scriptores inter reciprocatur, *de qu. v. Pfeffinger. ad d. L. 1. T. 5 §. 2. lit. B. Junge etiam ea, quæ de aliis Imperatoribus controvertuntur d. l. §. 11. & seqq. per tot.*

§. 9.

Singularis profecto Chronologiæ usus est, ut, instituta temporis comparatione, haud promiscue adhibeamus fidem Scriptoribus; sed ut aliam auritis & oculatis, aliam συγγενέσι aliam ætate remotioribus attribuamus, parum vero vel nihil eis credulitatis, qui oscitanter, vel Tenebrionum in modum, omnia sursum versum vertentium, cuncta aut pleraque sine rerum & maxime temporum Distinctione, temerario ausu nisuque, coacervant. Maximam namque vim æque ac Virtutem probandi præ se fert, atque ita sexcenta Litigia tollit ἀξίωμα τοῦ γένους, cujus procul dubio intuitu non solum olim a Justiniano, *v. Nov. 44. c. 2. & Nov. 47. c. 1. §. 1.* sed etiam in Constitutionibus Imperii serio cautum, Diem & Cos. (ut vulgo loqui amant, Instrumentis valiturus adhiberi. *v. Constit. Imp. de A. 1512. §.* und nachdem. Hæc cum obtineant Privatis in rebus, jam fiat Judicium de Publicis!

§. 10.

Quintum Vulgare J. P. *Adminiculum* est *GENEALOGIA*, Natalium, Generationum, Familiarum Stirpiumque, principaliter Illustrium, Scientia; scil. quemadmodum ipsa Historia, in se considerata, non uno indiget Adminiculo, variisque partibus constat, de quibus huc usque vidimus; sic pariter Historia Juris Publici Germ. quibusdam Subsidiis adjuvanda, nec non plenius juxta cetera a Genealogia quoque instruenda est. *Rachel. c. 12.* Siquidem in Definitionibus rerum non una vice in intricatam Dignitatum Originem, Genealogicam Stemmatum Enumerationem, Explicationemque & alia plura inquiritur. *Du. Præs. L. 1. T. 1. §. 9.*

§. 11.

Adde, quod si aliis Populis, Regnis & Rebuspubl. sæpe diversæ Principum Familiæ præfuerint, & de Successionis Jure

Jure variæ extiterint Controversiæ, sive Jure Agnationis, sive Primogenituræ, sive Majoratus, sive Repræsentationis, sive Jure Hereditatis, sive Electionis denique subnixæ, *v. Rachel. d. l.* Certe meliori jure vix dici idem poterit, quam de Patria nostra tot Nobilibus, Comitibus, tot Principibus, & fere dixerim Regibus conspicua, inter quos quotidiana ex Illustri hac Scientia Litigia tam intra quam extra Imperii Limina ense & calamo decidi experimur.

§. 12.

Ita ex eadem in Jure P. Enodationem & Illustrationem recipiunt, quæ afferuntur v. g. de supra memoratis Natalibus Frid. II. Imp. quos in Publicis Comitiis, Mersburgi habitis, vindicare, urgentibus Imperii Ordinibus, necesse habuit. *Dn. Præs. d. L. 1. T. 5. §. 2.* Similiter dicendum de Lineis Electoralibus, ibique de Primogenito, Seniore, Proximiore &c. *L. 3. T. 11. §. 3. seq. junct. L. 1. T. 14. §. 14.* An Regnum Bohemiæ sit Electivum, num Successivum? *d. §. 3.* Huc non minus spectant reliquæ Successiones Principum, It. Pacta, ex quibus succeditur, Familiarum Illustrium tam Ganerbinatus, quam Confraternitatis; quæ fere omnia ignoramus, nisi Delineationem earum probe cognoverimus. *v. L. 3. T. 20. §. 84. seqq.* Accedit etiam, quod, quanquam Ducatus &c. ad sanguine Proximos devolvantur, sæpe tamen accidat, ut domestica propagine extincta ad ejusmodi Confœderatos transeatur. Quid? quod Imperium nostrum Electivum est, & perinde ac si stirps Regia interierit, liberæ sæpius Electioni (ceu præsenti hoc, eheu! Interregno cernimus,) locus est, ubi in Nobilissimas, Potentissimas & fœcundissimas Familias Proceres nostri oculos animosque conjicere solent. *v. Rachel. d. l.*

§. 13.

Quinimo quoque Exterarum Familiarum Indagatione sæpissime

sæpissime opus est, ut cum iis, præter Matrimonia, Fœdera simul, non minima Reipl. Propugnacula, construantur & ineantur; firmiora autem ferme nulla sunt, quam quæ Necessitudinis Vinculo nectuntur. Et licet Consuetudine quadam antiquitus recepta nemo facile, quam Germanus ad Solium Imperiale provehi soleat, necessitate tamen prædominante temporis, Legum Morumque experte, nonnunquam transitus ad Exteros, veluti Richardos Angliæ, Alphonsos Castellæ, Wilhelmos Hollandiæ similesque, instituitur, quorum nullum absque præeunte Familiæ scrutamine in Patriæ nostræ Patrem receptum asserere audemus. *v. Dn. Præs. d. L. 1. T. 5. §. 3.*

§. 14.

Venit jam *Sextum* J. P. *Vulgare Adminiculum*, nomine *HERALDICÆ* inclutum, seu Disciplina, qua illa omnia, quæ ad Insignium construendorum, resolvendorum & examinandorum Notitiam, eorumdemque Historiam nec non Jura & multiplicem in Vita Communi usum spectant, dilucide proponuntur. *v. Spener. in Opere Herald. & (qui ejus Epitomator est) Weber. in Exam. Artis Herald. circa pr.* Valent quippe Insignia ut Nummi & Leges, nec Privatorum hominum est, ea sibi pro lubitu asciscere, sed solius Summi Imperantis est, ea dare vel sibi sumere. Ita Causa eorum Efficiens in Imperio nostro est Imperator, tanquam Fons omnium Dignitatum. *v. Dn. Præs. L. 1. T. 5. §. 9.* qui ista vel per se vel per alios in eos, in quos par est, derivare solet. *L. 3. T. 13. §. 16.*

§. 15.

Nam Insignia dantur, petuntur ac communiter assumuntur, ut sint Dignitatis τεκμήρια, præclarorum facinorum Prœmia, Gentisque & Familiarum Criteria; & hinc non solum Originem Familiarum Illustrium, sed etiam Incrementum multorum Regnorum & Provinciarum, It. Excellentiam & Prærogativam talium, mediante hac insigni Insignium Arte, cernere ac judicare licet. *Weber. d. l.* §. 16

§. 16.

Multorum vice censeo Exemplum Bavari, qui Vicariatum Imperii ex Insignibus sibi inter alia, cum Electori Palatino eum in dubium vocarent, asserere sategit. *L. 1. T. 11. §. 5.* Hanc ob causam nolumus hic prolixi esse, maxime, cum juxta Höppingium, Feschium, aliosque de Jure Insignium Scriptores, ipse quoque *Dn. Præs. varium eorum in I. P. usum ex professo & ad amussim demonstret d. L. 3. T. 13. a §. 17, usque ad §. 27.* Cui loco addi possunt reliqua quoque Enthemata Heraldica, de Insignibus Imperatoris & Imperii *L. 1. T. 5. §. 9. seq.* Coronationis *T. 8. §. 2. per tot.* Regis Romanorum. *T. 10. §. ult.* Electorum *T. 8. post med.* Episcoporum, Abbatum &c. *L. 3. T. 13. §. 21. junct. L. 1. T. 15. §. 29. seq.* Principum *d. l. §. 14. seqq.* Equitum variorumque Ordinum Illustrium. *T. 21. §. 1. seqq. &c. &c.*

§. 17.

Inter *Adminicula* J. P. denique referimus *NOTITIAM VARIORUM AUTORUM & SCRIPTORUM*, partim qui Adminicula huc usque enarrata solidius pertractarunt, partim qui Jus Publ. nostrum vel in universum vel peculiares ejus materias singillatim enodarunt; Inter Eruditionis enim κειμήλια (*testibus Struv. in Introd. ad Rem Lit. & Constantin. Germ. in Itinerar. Germ. Polit.*) omnino refertur, *nosse bonos & probatos Autores;* atque ipse *Kulpis.* ad Juris P. cognitionem tribus præsertim gradibus ascendi inquit, Historia scil. (potissimum Patriæ, Notitia, NB. assidua bonorum J. P. Scriptorum Lectione; indeque Commercio, cum Viris Pragmaticis, in Aulis & Curiis Magnatum, instituto. Legi igitur merentur præ ceteris *laudatus Kulpis. de Studio J. P. recte instituendo;* ubi Scriptores, quos & quomodo Juri Publ. inservire censuit, longa serie enarrat; quibus adde *Bœcler. in*

ſignatione de Scriptoribus J. P. ab Obrechto edita; & Rachel. in Introductione ad I. P. per totam, præprimis tamen c. 17. Iung. Dn. Præſ. Proœm. §. 17. ut & Schilter, Inſt. I. P. L. 1. T. 2. §. 12.

§. 18.

Reſtant quidem adhuc alia *Adminicula* non minus neceſſaria & quorum ope feliciter in Jure Publ. uti frui poſſumus; Sed ne juſto prolixior evadam, & ejus, quod ab initio *circa med. Præfationis* dixi, memor ſim, ſufficiat hactenus ὡς ἐν παρόδῳ vidiſſe, quæ prodeſſe & ad Juris P. τὸ ἐν εἶναι facere queunt; nolo etiam prorſus ad *Logicam*, *Rhetoricam* aut *Grammaticam*, vulgares Rationis & Orationis Miniſtras, delabi, *monente vel ipſo Rachel. c. 16.* Quapropter gradum non immerito hic ſiſto, obicemque Diſſertationi huic pono. Quodſi vero B. L. minus quid palato tuo aptum adduxerim, flocci habeo, de guſtibus diſputare, & Te meminiſſe velim, me nemini quidpiam præſcriptum velle, ſed quemlibet ſuo Senſu & naturali Libertate abundare permittere; quicquid enim Exercitii ergo aſſerui, quicquid etiam dixi, hoc omne mihi aſſertum mihique dictum eſſe profiteor. Interim Divino Numini gratias easque maximas, pro Clementia ſua & Gratia Studiis meis domi ac foris largiter conceſſa, ago; ſecundet illud porro iterum iterumque eadem, ut & omnium hominum ad ejus Gloriam tendentia cœpta, ac coronet tandem aliquando Orbem terrarum tamdiu Tranquillitati denegatum Belloque, bonis Legibus, Artibus & Commerciis (ſolis Reipl. Fulcris,) infeſto ſatis vexatum Pace perpetuum duratura!

FINIS.